Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Summulae dialecticae - Cod. Ettenheim-Münster 137

Herele, David

[S.l.], [18. Jahrh.]

Disputationes in universamarlis logicam

urn:nbn:de:bsz:31-111525

Visual Library

DISPVTATIONES in VNIVERSAM ARTIS LOGICAM

dictatæ à

R. P. Dauide Herele, S. I. Philosophiæ Professore Ordinario,

Scriptæ à me

Paulo Dirckh Constantiensi Acroniano, Philosophiæ studioso.

Friburgi Brisgoiæ.

Anno

MDC LIX

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

ORDO RERUM
Disputandarum in Lõa.

DISPUTÃO 1ma de obto et necessitate Lõa.

Quaestio 1ma de obto.

Quaestio 2da An Lõa sit practica.

DISPUTAO 2da de pertinentibus ad 1am mentis operaõ.

Quaestio 1ma de denominatibus.

Quaestio 2da de distinctiõe graduum metaphysicorum.

Quaestio 3tia de Universalibus in genere

Quaestio 4ta de Universalibus in specie.

Quaestio 5ta de specie et differentia.

Quaestio 6ta de proprio et accidente.

Quaestio 7tima de sedicamento in cõi.

DISPUTÃO 3tia de pertinentibus ad 2dam mentis operatiõe.

Quaestio 1ma de signis.

Quaestio 2da de oratione et enuntiatione.

DISPUTÃO 4ta de syllogismo in genere.

Quaestio 1ma de discursu et consequentia.

Quaestio 2da de syllogismi partibus et principiis.
Quaestio 3tia de aliis quibusdam syllogismorum generibus.
Quaestio 4ta de demonstratione in communi.

DISPUTATIO ULTIMA.

Quaestio 1ma de scientia.
Quaestio ultima conferunt inter se scientiam, fidem et opinionem, hisque disputatis initium datur Physicae.

Disputatio 1a. De obiecto et necessitate Logicae. 1

Quod igitur in Dei ter optimi maximi et sanctorum Philiae Patro-
norum honorem ac gloriam cedat: quibus conatum et laborem omnem sacramus,
materiam aggredimur non minus amplam, quam difficilem; at omnibus iis
necessariam, qui scientiam vere addiscere contendunt, non libare solum, ut canes
Aegyptii solent, cum Nylum gustant. Est autem Logicae necessitas
confessione doctorum ex eo comperta, quod intellectum instruat, ne operando
pallucinetur: id quod in progressu fiet apertius, et ex ipsa Logicae ethy-
mologia colligitur, quae ratiocinationem sive sermocinationem sonat.
sine qua in reliquis scientiis nec fieri magnus progressus nec sperari potest.
sed his omissis ad rem ipsam veniamus.

DISPUTATIO PRIMA
De obiecto et necessitate Logicae.

QUAESTIO PRIMA DE OBIECTO.

SECTIO PRIMA DE
obiecto ut sic.

Obiectum latissime sumptum est quidquid alicui potentiae obiicitur: ut color N 1
respectu potentiae visivae. Strictius et visitalius accipitur hic pro eo quod
potentiae vitali opponitur tam cognoscitivae quam volitivae: quo sensu
intellectus versatur circa veritatem, voluntas circa malitiam. et quia
voluntas et intellectus non attingunt obiecta, nisi per suos actus, hinc recte
vocantur obiecta actuum, hi enim immediate attingunt rem cognitam et
volitam, et nos dum indagamus obiectum logicae, quaerimus quod nam
illud sit, circa quod versatur actus, quos logica intendit eliceres hoc praemulato.

Aliud obiectum est materiale, aliud formale. 2

Materiale ē id circa qd versatur nostri actus, ut in id aliqd introducant. et quidem in artibus activis per introductionem formae immutatur materia, in qua forma introducta ē. Sic lignum ē obiectum materiale, in quam scriniarius inducit formam scamni sellae mensae &c.

Ergo formale obiectum ē id, qd introducitur. Ita matra ligni ē id in qd inducitur forma scamni propter quam scriniarius tractat lignum. Unde nos illud vocabimus obiectum logicae materiale, qd loca per se tractat in eum finem, ut aliqd aliud introducat.

Jam vero cum multa sint circa quae seu suam materiam versetur aliqua scientia, notandum ē, oā illa subiecta et praedicata simul vocari obiectum materiale adequatum; singula vero seorsim accepta vocari obiectum materiale inadequatum.

Et quidem nobis sermo erit de illo obiecto, circa qd logica versatur per omnes suos actus saltem mediate, hoc ē ad qd dirigit aliquo modo reliquos actus: sic medicina, quaecunque cognoscit, dirigit in ordine ad curationem febris, licet non omnes actus medicinae immediate versentur circa curationem, et ideo curatio, et potius corpus sanabile qua tale erit obiectum adequatum et (ut alii volunt) attributionis medicinalis artis.

3 Adverte cum dicitur qd actus alicuius artis ordinentur ad unum quoddam obiectum, non esse hunc sensum, qd illi actus habeant intrinsece ordinem ad illud obiectum, sed volumus tantum indicare, illos actus ex intentione primorum sapientum, qui tale artem et scientiam invenerunt, eo esse ordinatos, ut conducant ad certum quendam finem obtinendum quem illa scientia et ars sibi praefixit. eg.

Obiectum scrinarii materiale ē lignum, quamvis ille non solum per suos actus immediate versetur circa lignum formandum, sed circa instrumenta etiam, et eorum usum. Verum quia his ipse usus ordinatur ad lignum dedolandum, formandum &c. ideo etiam illi actus versantes immediate circa instrumenta ordinantur ad obiectum materiale et attributionis.

S. 2. quædam opiniones de obiecto materiali logicæ refutantur. 3.

Pari ratione licet medicus per obiecto materiali habet corpus sanabile quatale, nihil omnino versatur per alios actus dicitur circa naturam herbarum pharmacorum, febrium &c. quarum notitia non habet per immediato obiecto corpus sanabile, sed tantum eo ordinatur, ideo enim medicus comparat sibi notitiam dictarum rerum, ut perite medicetur, et corpus ægrum restituat sanitati: ubi videns gratiorem herbarum non ex natura sua et intrinseco ordine referri ad comparandam sanitatem, sed tantum ex intentione medicorum, qui hoc fine illos actus operantur, ut curare et sanare possint. Quæ omnia per meliore intelligentia rerum sequentium bene considerandæ sunt, ut facilius contrariis replicis obviet.

Denique advertendum non debere obiectum formale confundi cum ratione formali subqua. Hæc enim est abstractum formæ, quod forma tendit in obiectum: e.g. visio sub ratione visibilitatis tendit in colorem, nam color ut visibilis est obiectum visus. 4.

Ita sanabilitas est ratio formalis subqua corpus est obiectum medici hoc est ut sanabile lateram ne obiectum attributionis cum obiecto materiali confundamus, sciendum est id nobis venire non obiecti attributionis in quo artifex, et scientificus quatalis sistit. Ita scriniarius in suo artefacto quatali quiescit velut in fine ultimo, ad quem dirigit omnes suos actus, et quo obtento, non tendit ulterius.

SECTIO SECUNDA

Quædam opiniones de obiecto materiali logicæ refutantur.

Prima sententia est, voces absque significatione aliqua esse obiectum materiale logicæ. Ita videtur sensisse Aurelius cit. a Mendoza d. 1 s. 3 subs. 1 ubi eam refutat ex illa. 5.

Argumentor 1o logicæ finis est dirigere operationem intellectus, ne erret, atque non dirigitur per nudas voces, nam quomodo obsecro voces nihil significantes intellectum in operando dirigant?

Vel si conceptus nostros absque vocum adminiculo possumus promere, ad quid Logicorum illorum usus conducit? nunquid illi satis est, ut per certa signa possit regulas et leges prescribere iuxta quas intellectus recte operetur? recte definiat? dividat? discurrat? iam vero quia has leges nisi per voces possunt exponere, signum est quod precise utatur vocibus velut instrumentis ad conceptus explicandos; ergo voces non erunt obiectum Logicae.

Argumentor 2do in vocibus vel spectatur emendata dictio, vel elegantia vel aptitudo ad persuadendum, haec ad Rhetorem pertinent, illa ad Grammaticum, ergo non ad Logicum.

Argumentor 3tio ars practica (quale dicemus esse Logicam) per introductionem formae in materiam debet immutare: atque voces non mutantur: ergo non sunt illius obiectum.

6 Obiicitur 2do Logicae materiae sunt definitio, divisio, argumentatio, quae etiam in vocibus reperiuntur; ergo voces erunt obiectum materiale Logicae. Respondeo definitionem non materialiter spectatam esse materiam Logicae, non enim haec vox definitio est obiectum Logicae, sed id quod definitio significat in sensu formali: scilicet modus ille scientiae, per quem possumus venire in notitiam alicuius rei, in cuius rei notitiam non veniemus utique per nomen definitio sed per modum scientiae, qui significat per modum definitionis.

Obiicitur 2do terminus vocalis considerat a Logica, ergo erit obiectum. Respondeo eum non considerari per se, sed ut habeat discrimen inter hunc et terminum mentalem, qui proprie ad Logicam spectat: nam etiam terminus scriptus et non significativus attingit a Logico, nunquid igitur sint obiectum? nego ergo omne id, quod quomodocunque attingit a scientia esse illius obiectum, sed quod a scientia consideratur per se.

Obiicitur 3tio actus iustitiae externus est obiectum virtutis iustitiae; ergo etiam voces externae erunt obiectum Logicae, quia per illas exprimitur actus internus.

Nego paritatem. Disparitas est, quia actus externus iustitiae et regulatur ab interno, non item voces ab operatione.

Obiicit 4to Aristoteles in lib. peri hermenias agit de nomine verbo et oratione, ergo voces sunt obiectum Logicae. Resp. non agi ab Aristotele ad exprimendos conceptus, et non per se sed per accidens.

Secunda sententia est res esse obiectum Logicae Ita Rua de 2 Mendoza tn de 1 et 5 par 29 et 31 hanc sententiam cum aliqua limitatione docet quam utrumque. 7.

Sic argumentor. Si res esset obiectum materiale Logicae sequeretur Logicam non esse scientiam practicam, quae tamen est sententia communis. Aequelam probo, scientia practica mutat suum obiectum, at Logica non immutat res, ergo res non sunt obiectum Logicae.

Argumentor quam 2do quia nullus actus Logicus potest assignari, qui proprie non ad Logicam pertineat, et ex professo rem ipsam, v.g. naturam hominis Leonis et consideret: Logica enim praecise intendit modum scientiae per definitionem, divisionem, et argumentationem: quomodi attingunt quidem rem velut obiectum, at vero quatenus nostri actus versantur circa obiectum illud definiendo pertinent ad Logicam, non quatenus essentiam illius explicant: v.g. cum dico: homo est animal rationale potest haec propositio considerari ut definitio rei per genus et differentiam, et sub hac sola consideratione est actus per se spectans ad Logicam: at vero quatenus essentiam Leonis indagat, spectat ad aliam scientiam, potest enim eadem res sub diversa consideratione a variis scientiis attingi: v.g. corpus ut sanabile attingit a medicina: ut naturale a physica: ut mensurabile a mathematica: ut definibile a Logica.

Obiicit 1o. Divisio, definitio etc. sunt actus logici, et sunt res, ergo res sunt obiectum Logicae. Resp. non quamvis definitio esse obiectum Logicae, sed illas, quae versantur circa materiam logicam, et tunc certum est non tam definiri res, quam modum scientiae: ergo cum definitur definitio, definitur modus scientiae aliquid per genus et differentiam, quae modus spectat ad materiam logicam. Verum cum definitur homo iam illa definitio dicetur actus elicitus a physica, et relatus a Logica, quia homo est res circa quam versatur physica. 9

Obiicitur adhuc finis aliarum scitarum sunt res scitae, ergo etiam finis loca erit res cognita: ergo res sunt obiectum loca. Respondeo negando antecedens, nam medicinae finis non est corpus, quod scitur a medico, et potius curare corpus aegrum &c. Inde colliges, licet loca ex professo agat de Vrlibus, genere specie, &c. et licet illa definiendo attingat res, non tamen ea attingere alia ratione potest, quam precise prout substant alicui rationi sub qua aptae sunt praedicari et definiri &c. quod quidem fieri non potest, nisi res attingantur, inde tamen non sequitur quod loca illas ex instituto et secundum se consideret: consideratur enim loca tamen modum scientiae quae hic et nunc non potest exprimi, nisi realiter attingatur res

SECTIO TERTIA
refutantur aliae duae sententiae

Quidam auct: inter quos Scotus Polletus et Ponistae volunt adequatum loca esse ens rationis. Per ens rationis intelligunt omnem denominationem extrinsecam defi: e.g. defi devisi et putant ab intellectu nostro fingi in esse definita fra, a quares denominatur definita, et haec fra utopate ab intellectu ficta velut esset in obiecto, erunt ens rationis.

Hos auct: referunt, et insigniter refutant Sarra de 52 Mendoza de 53 et alii comitia quilegium

Ad 10 Dico ens rationis non est obiectum adequatum loca. prob. Divisio definitio et argumentatio sunt operationes intellectus, non fictae, sed reales: atque illae operationes sunt obiectum loca, ergo aliquid reale est obiectum loca, ergo ens rationis non est obiectum adequatum. Mai: probatur. Quia definitio habet vocale actus intellectus, quam cognitio Dei. Minor ergo probatur ex communi sensu omnium, etiam adversariorum, qui a nobis tamen in hac discrepant, quod putent denominationem definiti esse ens rationis, quod falsum est. Nam etsi definitio non sit denominatio intrinseca inexistens rei, sufficit tamen quod obiectum suam denominationem extrinsece, sicut visio murum visum, et si nec inexistat muro, nec fingatur inexistere.

Deinde posito quod defio sit ens rationis, tn loa illud non consi-
derat per se sed solam operationem mentis: locus enim per se consideratur Ho 11
mon scidi, quem tradit sine ulla fictione, quo sine fictione
obtinet suum finem, quo fictio impertinens est ad materiam loae.

Porro ex principiis supra traditis constat obiectum materiale logae
debere a fra immutari: sed ens rationis non immutatur: quo non est
obiectum materiale.

Obiicitur 1o auctoritas sancti Tho: et Aristotelis: sed neuter illis favet
uti docte ostendit Men: loco cit: et Aria 5 cit n 10 quidem ponunt.

Obiiciunt 2do: loa agit de specie, genere &c quae denominationes N 12
non possunt fieri sine abstractione: atque fingere naturam abstractam
ab individuis est facere ens rationis: quo est obiectum loae et
ens rationis. Rs 1o hoc argumento non urgeri illos, qui docent
Vrle fieri sine abstractione. Rs 2do loam agere quidem de
genere &c, et genus fieri per abstractionem, sed non per fictionem, ab-
stractio enim non est fictio, sed ens reale. uti videbimus in materia
de Vrli: quoad hunc ens reale, si ut oponitur fictitio erit obiectum loae.

Alia sententia est intellectum esse obiectum loae. ratio huius sen-
tentiae est, quia loa intellectum introducit fram, quo erit obiectum 13
materiale loae. rationem probant ex eo, quod loa per operationes sci-
entificas dirigat intellectum introducendo in illum cognitiones,
eo modo, quo statuarius introducit fram statuae in lignum.

Addunt ulterius obiectum materiale debere esse indifferens ad requi-
rendam fram, sicut lignum est indifferens, ut ex illo sculpatur mercurius,
Angelus, diabolus &c. in loa autem nihil assignari potest indifferens
ad fram loae praeter intellectum: hic enim potest imbui variis praeceptis
et operationibus rectis, ad quas ex natura sua non est determinatus,
quo intellectus erit obiectum materiale loae.

Haec sententia patitur aliquas difficultates, quas nec dum
video solutas, igitur.

Contra argumentor 10. loca e habitus activus, q ptor operationem directivam non relinquit post se opus permanens. Sicut ars saltatoria dirigit pedes ad saltum, et contenta e si ad suas relas producat artificiosus saltus, et si nihil aliud permanens relinquat post se. Ergo habitus factivus non contentus e sola directione, sed praedit in opus externum et relinquit aliquid permanens post se. Sic statuaria relinquit statuam: pictoria icones &c. ita ergo sum loca sit ars ~~non permanens~~ activa (uti infra probabimus) debebit habere obiectum materiale non permanens, atque intellectus operationibus instructus e aliquid permanens, ergo non e obiectum logicae: et sequitur loca fore artem factivam quod e contrarium Aurelii lib. monalium c. 33 lib. sexto Eti c. 4 et 5.

14 Confirmatur: si ars activa haberet obiectum materiale realiter distinctum a fli, tunc saltatoria per suo obiecto haberet pedes, musica guttur et aere, in quo recipitur sonus. quod quidam videntur concedere, sed plane inconveniens.

Quia 2do et eo dicunt adversarii obiectum materiale esse subiectum formae mediatum et physicum, et mediatum et denatis. non enim dici potest, aliquid quantitas erit obiectum materiale statuariae sculptoriae, pictoriae, aedificatoriae &c. nam illarum formae recipiuntur in quantitate velut in subiecto physico et mediatum. non secundum dici potest aliquid intellectus non erit obiectum loicae, quia e subiectum physicum mediatum, in quo recipiuntur intellectiones: imo persona ratiocinans e subiectum denatis, quia denatur intelligens.

15 Dices non e inconveniens quod hoc denetur discursivus, et quod in hoc sensu vocetur obiectum materiale loicae sed quia quo in loca saltatoria pedes erunt obiectum materiale in musica guttur &c. Ad disparitatem. Quia 3tio habitus activus practicus ita introducit formam in materiam ut materia et forma spectet ad artem, quod patet in ductione artium activarum. e.g. sonus spectat ad musicam saltus ad saltatoriam &c. intellectus per se non spectat ad loicam. plura incommoda, quae ex hac sententia oriri possunt patebunt ex sequentibus.

SECTIO 4TA STATUI

ꝯ obiectum matle et frle loae.

Dico 1o obiectum matle loae sunt operationes intellectus ut 16
dirigibiles. Ita cardi: de Lugo in loa ma scri: d 1 s 2 quaestio
nerig d 1 l q 2 art 2 q etiam alios citat.

Probatur 1o in habitu activo dt assignari obiectum matle metcum,
realiter indistinctum à frli: sed loa e habitus activus, et operati
ones in comi sunt tale obiectum, qo bene assignatur p obiecto matli.

Probatur 2do: id circa qd pficiendum ars activa p se versatur,
bene vocatur obiectum matle illius artis, atq in loa nihil e, circa
qd pficiendum illa versetur p se, nisi operationes in comi, nam
alia l n spectant p se ad loam, l sunt obiectum phisicum ut in
tellectus: atq ygruentius e ut artis activae obiectum sit metcum.
qo cum operationes in comi sint obiectum metcum, recte statu
entur p obiecto matli.

Probatur 3tio qa qntum ex parte loae rectitudo n ttr metce,
sed etiam phisice introducitur in operationes, ipsa en nescit
an realiter distinguantur, et si realiter distinguerentur, q
inde se gereret sunt nunc. et sane si vera e sententia gnotat
orum, figuram nihil ee distinctam à substantia et qantitate
n propterea negaretur in omnibus artibus mechanicis obiectum
matle et frle; qo nec in activis negandum e.

Dico 2do rectitudo operationum e obiectum frle. nam haec e 17.
fra p quam operatio denatur recta, et qa directe à loo qua
tali intenditur: sicut en statuarius in rude lignum directe in
tendit introducere fram Mercurij, ita log intendit elicere ope
rationem rectam, et iuxta relas artis. eg. cum definit genus, cuius
intentio e facere definitionem genus, qae habet oes leges bonae de
fiis, et in ordine ad hoc dirigit operantem, sicut sculptor habet

dictamina artis in hunc finem, ut forma in lignum introducenda non fiat ratiocinatio, atque sicut forma in lignum directe introducta habet se ad lignum, ita rectitudo (caeteris paribus) habet se ad operationem in comm. ergo erit obiectum formale.

18 Obiicitur 2o. Illud non est obiectum materiale loquendo, quod non potest perfici, sed operationes in comm. non possunt perfici, ergo non sunt obiectum. Minor probatur. id quod non est indifferens ad recipiendam formam non potest perfici, sed operationes in comm. non sunt indifferentes dum existunt, ergo non possunt perfici. Probo minorem. Et enim operationes in comm. sunt indifferentes dum existunt, et dum nondum existunt: neutrum potest dici non sunt, quia res in comm. non existit a parte rei, sed tantum in intellectu. non 2dum. quia quod non est, non mutat essentiam tunc quando incipit esse: sed operatio in comm. non est, et ut sic non est indifferens ergo nec quando existit est indifferens, ergo nunquam est indifferens.

19 Urgeo omnis operatio cum producitur, et recta et prava; ergo non potest in eam introduci rectitudo.
Haec forma unica est obiectio, quae nobis obiicitur, atque semel percepta nulla restat difficultas. ad meliorem intellectum.

20. Nota 2o indifferentiam esse duplicem, physicam seu realem, et metaphysicam seu logicam. prior est quae absolute datur sine forma, ad quam est indifferens: sicut in forma lignum est indifferens ad recipiendas varias formas, et a parte rei est sine omni forma. Altera indifferentia, scilicet metaphysica seu logica est, quae nunquam existit a parte rei sine forma. sic ant. in comm. est indifferens ad rationalitatem seu irrationalitatem: et tamen a parte rei semper est vel rationale vel irrationale, ergo dum existit ant. a parte rei non est realiter indifferens ut sit hoc et illud ant.: et haec indifferentia datur inter gradus metaphysicos, et inter praedicata, quae ab invicem solo conceptu differunt.

Nota 2do introductionem fra per varitate indifferentiae 21
etiam variari. nam fra respectu cuius datur in subiecto tantum in-
differentia rationis, introducitur tantum per conceptum, ut anteltas in ente.
e.g. fra, quae a subiecto realiter est distincta, introducitur re-
aliter et physice, ut fra scamni in materiam ligni. et ideo
pari ratione dicendum est eo modo aliquid perfici, quo tollitur indif-
ferentia, et introducitur fra, his notatis ad obiectiones.

Rx negando Minorem, ad probationem distinguo minorem id quod 22.
nullam habet indifferentiam, nec physicam nec metaphysicam non potest
perfici, concedo: quod non habet indifferentiam physicam, habet tamen locum
nego minorem, atque operationes in communi sunt saltem logice
indifferentes ad rectitudinem recipiendam: quae indifferentia
fundatur in conceptu abstractivo, de quo dicetur in universalibus.

Exemplum positio Angeli vocatur determinatio Angeli, et est fra intrin-
seca denominans Angelum positum et tamen angelus dum existit non est
indifferens ad ~~rectitudinem~~. ad hanc denominationem esse positum,
quo dum non existit erit indifferens metaphysice ad sui positionem: quo
et operatio in communi tali modo potest esse indifferens ad rectitudi-
nem.

Dices: l rectitudo introducitur in operationem rectam, l pravam: 23.
non in rectam, quia haec non potest magis rectificari. non in pravam, quia
haec non potest fieri recta, sicut homo non potest fieri lapis, quo recti-
tudo non potest introduci in ullam operationem. Rx negando
Maiorem, et dico rectitudinem introduci in operationem per ut
prescindit a recta et prava.

Quaeres quomodo haec introductio contingat? Rx locum per suas rationes
dirigere intellectum ut hic et nunc potius producat operationem
rectam et impetit nec producat pravam. e.g. Ars saltatoria
facit per suas regulas ut fiat rectus saltus loco cuius potuisset
fieri distortus. non autem facit, ut saltus distortus fiat rectus,

hoc enim est impossibile, sed per ipsa facit ut distortus impediatur, et fiat rectus. eodem modo lex per suas rectas facit ut eliciatur operatio recta, cuius loco forte eliceretur prava, nisi intellectus dirigeretur per rectas legis.

Obiicies 2do. id quod non existit non curat lex, sed operationes in communi non existunt, ergo illas non curat lex, multo minus dirigit, ergo non habet illas pro obiecto. R. distinguo Maiorem. quod non existit non curat lex, quatenus non est gradus Maii non curat ut futurum, hoc est ut producatur secundum rectas legis, nego Maiorem, et distinguo consequens, lex non curat operationes in communi quatenus non sunt nec cogitantur futuræ transeat consequentia, non curat ut futuras, nego consequentiam.
Sensus est hic si operationes nunquam existituræ essent, frustra laboraret lex prescribendo certas rectas ad eliciendas operationes rectas: nunc vero cum certum sit produci a lege operationes artificiosas, ideo lex prescribit certa precepta de modo sciendi, ne loco operationis rectæ producatur prava. Cætera quæ ponunt obiici ferme cum his concidunt, et brevitatis studio intermitto.

24 Ex his colliges quæ sit ratio formalis quæ sive habitudo illa obiecti materialis ad formale, nempe quod sit ipsa dirigibilitas operationis; sic medicina per ratione formali quæ habet sanabilitatem, per quam corpus habet aptitudinem ad ~~rectitudinem~~ obiectum formale introducendum, hoc est ad sanitatem. Pari modo operatio in communi per dirigibilitatem habet aptitudinem ad rectitudinem; nisi enim operatio esset dirigibilis tam parum curaretur à lege, quam à medico curetur corpus non sanabile, et à statuario lignum non perfectibile.

SECTIO 5TA DE OBiecto attributionis et attributo.

PARAGRAPHUS PRIMI.

Quaedam praenotantur.

Notandum 1o quasdam res esse appetibiles propter se, quando sunt continent talem bonitatem, ut sublato quocunque alio fixe extrinseco, ad hunc mereantur propter intrinsecam bonitatem appeti, et amari. Et quae aliae res praecise appetuntur propter aliud et nullo modo propter se. e.g. sanitas amatur propter suam intrinsecam bonitatem, et medicina propter sanitatem. ideo sanitas dicitur appetibilis propter se, medicina vero propter aliud. 25.

Notandum 2do posse aliquid esse appetibile propter se simul et propter aliud. e.g. ambulatio potest appeti propter suam intrinsecam bonitatem, et propter sanitatem. Ita ergo in quantum appetitur propter se habet rationem finis, in quantum appetitur propter aliud habet rationem medii. Unde colligitur eandem ambulationem diverso respectu habere rationem finis et medii.

Notandum 3tio eandem rem a diversis artibus posse ita considerari, ut respectu unius sit obiectum attributionis, respectu alterius attributum. e.g. frenum in frenofactoria est obiectum attributionis, quia per se appetitur tanquam finis frenofactoriae: at vero respectu artis equestris est obiectum attributum, quia haec ars considerat frenum propter equitatem.

Notandum 4to posse eandem rem respectu eiusdem artis esse obiectum attributum et attributionis. e.g. malleus respectu vetis ferrariae est obiectum attributum, quia malleus ordinatur ad cudendum ferrum &c.

Ecce! appetitur propter aliud. Deinde potest ars ferraria facere malleum et bene et malleus artefactus appetibilis propter se ab eadem arte ferraria. Unde colliges, id quod ~~appetibile~~ ab aliqua arte appetitur propter se esse obiectum attributionis, quod vero tantum appetitur propter aliud esse obiectum attributum.

Notandum etiam appetere esse quidem proprie actum voluntatis, sed à philosophis reduci ad actus intellectus, quos operans dirigit ad certum finem: Debet igitur finis operantis colligi non ex materia actuum, sed ex intentione artificis qua talis; potest enim idem actus elici à diversis artibus. v.g. hic actus: frenum dicitur habere tale ferrum &c. hic actus elicitur à frenofactoria et ab equo priori sed à priori consideratur ut obiectum attributionis, à posteriori vero ut obiectum attributum. Cur obsecro, nisi quia artifex illud diverso modo consideret? itaque

26. Notandum etiam rationem obiecti attributionis debere desumi ex intentione artificis qua talis. Dixi qua talis ut significarem id in quo artifex qua talis quiescit, debere esse opus artis, eg. opus ferrariae est serra clavis &c. ex iis velut in fine intrinseco quiescit faber ferrarius qua talis, nec refert ulterius: potest quidem ex fine aliquo extrinseco et ex solo motivo liberi arbitrii clavem eg. ordinare ulterius, sed hoc non facit qua talis artifex est, sed tantum quia ita vult, et ideo solum ex priori fine quem habet artifex qua talis debet desumi ratio obiecti attributionis, et ratio de ratione obiecti attributionis extrinseca desumpta ab actu voluntatis, quo artifex qua talis intendit aliquod opus.

PARAGROPHVS SECVNDVS
statuitur sententia de obiecto attributionis.

Dico de facto obiectum attributionis loca esse tantum secundam et tertiam operationem mentis. probo. ia operatio non habet bonitatem appetibilem per se; nec in ea logica velut in fine quiescit, sed refert illam ad 2dam et 3tiam, est enim actus imperfectus nihil enuntians: atque loca est ars differendi et formocinandi ad quod requiritur ut intellectus obiecta inter se nectat vel dissiungat negando et affirmando; ergo cum apprehensio seu parametis operatio nihil neget, nihil affirmet, non satiabit intellectum, ut in ea velut in fine sistat, ergo nec erit appetibilis per se sola, ergo non erit obiectum attributionis. 27.

Confirmatur: intellectus est potentia necessaria, ergo si recte apprehendit definitionem. v.g. hominis, et scit per relationem loca hanc esse definitionem hominis, non potest se continere, quin enuntiet, homine esse animal rationale. Imo artifex qua talis, quando potest una opera obtinere duo artificia, quorum unum est altero perfectius, nunquam tam stolidus est, ut sistat in viliore, sed progreditur ad nobilius: ergo si logica qua logica potest eadem opera potest obtinere et apprehensivam et iudicativam definitionem, non sistit in priore, sed progreditur ad alteram, ergo nullum habemus fundamentum, unde colligamus loca sistere in sua apprehensione. 28.

Probo conclusionem 2do, sicut Rhetorica est ad alios, ita loca est ad se, sed Rhetorica non habet pro suo fine auditorum apprehensionem, sed vult persuadere: ergo loca non sistit in sola apprehensione, sed requirit assensum intellectus.

29 Obiicit 2do loca dirigit 2am apprehensionem per se, quod habet illam pro fine. Rx loca dirigit illam per se, hoc est ex officio suo, quando antecedens: per se, hoc est praeter se nego antecedens et consequentiam: sic ars pictoria considerat per se praeparationem colorum, et tamen ordinat illam ad picturam.

Obiicit 2do secunda mentis operatio ordinatur ad 3tiam quod non appetitur praeter se, quod non est obiectum attributionis, sed attributi. Rx 2dam mentis operationem appeti quidem praeter 3tiam, sed non semper et necessario: quod aliquando appetitur praeter se et tunc erit obiectum attributionis: quando vero ordinatur ad tertiam operationem, tunc erit obiectum attributum, hinc in notando 4to diximus posse unam rem ab eadem habitu appeti praeter se et praeter aliud, atque diverso respectu posse idem esse obiectum attributionis et attributi.

30. Dices non possumus in eadem re sistere et tendere ulterius, quod eadem res non potest esse obiectum attributionis et attributum. Rx eandem rem posse habere diversas bonitates, quarum una fit appetibilis praeter se, non item per alteram: in una bonitate potest intellectus quiescere, altera potest ulterius referre, non enim implicat, ut in eadem re ratione diversarum bonitatum intellectus quiescat et ulterius tendat. Itaque in 2da operatione (iudicio) mentis reperit intellectus duas bonitates, 2a est illius veritas, et in ea velut in magno bono quiescit. 2da est quod sit apta ad faciendum discursum, et haec bonitas ordinatur ulterius nec in ea quiescit intellectus. infra sic Rx ad argumentum. non potest intellectus in eadem re sistere et ulterius tendere. Distinguo maiorem si res consideretur secundum eandem bonitatem quando maior: si consideretur secundum diversas bonitates, nego maiorem et distinguo consequens. Non potest eadem res simul esse obiectum

attributionis et attributum respectu eiusdem bonitatis quoad consequentiam, respectu diversae bonitatis nego consequentiam.

Obiicies 3tio syllogismus probabilis interdum concludit falso, atque falsum adversatur arti intellectuali, qualis est logica, ergo syllogismus probabilis non est obiectum attributionis. 31.

Respondeo syllogismum falsum, si spectetur ut falsus, non esse bonum intellectus: nego autem quod logica illum sub hac consideratione intendat, imo potius in hunc finem usurpat, ut caveat à falso, quod si contingat aliquando seu falsitatem, id contingit praeter intentionem logicae.

Obiicitur 4to iudicium tamen est pars syllogismi, pars autem ex natura sua ordinatur ad totum, ergo iudicium ex natura sua ordinatur ad syllogismum, ergo non est obiectum attributionis. Respondeo tamen illam enditatem, quae essentialiter est pars, ordinari ad totum per se, sed iudicium non est essentialiter pars, quia potest intellectus in iudicio sistere ergo tunc non ordinat ulterius: ergo tunc non erit pars, sed totum. Sic iudicium immediatum, quod fiat angelus de rebus creatis, quas intuitive cognoscit, nunquam ordinatur ad discursum. Respondeo 2do partem diverso respectu esse totum: ita pes est pars respectu corporis in ratione pedis est totum.

Obiicitur 5to per actus intellectus immediatos homo in modo sciendi non differt à modo sciendi angelico, angeli enim à potiori habent meras cognitiones intuitivas et iudicia immediata: ergo iudicium immediatum hominis male assignatur pro obiecto materiali. Respondeo iudicium immediatum hominis differre à iudicio angelico per hoc quod pendeat à Phantasmate, et quod in modo tendendi sit longe imperfectius quam iudicium Angeli: homines enim ob defectum penetrationis circa paucissima obiecta habent evidentia: Angeli vero omnium rerum naturalium habent species intuitivas, exceptis volitionibus liberis: de quo Theull in 2a parte. 32.

QUAESTIO SECUNDA
de necessitate loae.

SECTIO PRIMA DE LOA
docente et utente.

Quod loa doceat modum definiendi dividendi &c. ea extra quaestionem ex an autem sola loa quando suis preceptis utitur, vocanda sit loa utens, an vero aliae sectae vocandae sint logicae utentes, quando utuntur preceptis loae, non aeque certum est apud auctores. ergo quaestionem hanc non magni momenti breviter expediam.

33. Dico 1o tamen loa dum suis preceptis utitur, dicenda est loa utens. Ratio. Quia licet reliquae sectae utantur loa docente, non tamen in recto vocari possunt logae, non enim sunt habitus logicus: ipsa vero loa dum utitur suis preceptis definiendi &c. in recto vocari potest habitus logicus: ergo denatio logae utentis proprie illi soli hi buenda est.

34 Dices 1o nulla relatio se ipsam relatat, et nullus actus docens se ipsum dirigit, atque ex nostra sententia sequitur actum loae se ipsum docere, et se ipso uti, uti apparet in hac propositione: definitio est oratio explicans narratam rei per genus et differentiam. haec propositio est actus loae, docens relatam definitionis, et simul utitur hac relata, ergo hic idem actus simul est loa docens et utens.

Respondeo Arra d 3 8 2 illum actum non ideo vocari loam utentem quod reflexe utatur sua doctrina, sed ex eo quod intellectus habeat vim narrandi definiendi aliquid, et ideo licet hic actus utatur relata definiendi, quam intellectus narrandi prescripsit, non tamen ideo ille necessario dirigit se ipsum, sed dirigitur a vi narrandi intellectus. Et in hoc sensu fateor illum actum in rigore non esse artificialem, sed in re ipsa servat precepta, quae aliquid actus vere artificialis: et ideo potest dici in actu exercito utens preceptis loae artificialis, et si non utatur reflexe.

Dices 2do actus externus charitatis v.g. redemptio captivi sortitur denominationem charitatis, et recte dicimus quod redimere captivum sit opus charitatis. quamvis haec denominatio proprie quaeniat actui interno, qui ex motivo amoris quae proximum eligitur, quo enim aliae scientiae distinctae a logica poterunt vocari logicae utentes, modo dirigantur a logica praeceptis.

Respondeo actum externum virtutis v.g. charitatis non aggrediendo denominationem habitus, sed semper manere actum spectantem ad habitum charitatis: at vero si reliquae scientiae utentes relatis logicae denominarentur logicae utentes, iam essent habitus logici, logica enim est habitus: quo in obiectione plus non debet inferri quam quod actus aliarum scientiarum dirigantur a logica docente, non autem debet inferri quod sint logicae utentes.

Dico 2do hanc logicam quam sophistica et analytica recte vocatur logica utens. Probatur singuli dirigunt syllogismum in sua materia, logica in probabili, sophistica in deceptionibus vitandis analytica in demonstrationibus. Videantur Com. q. 4 proemiali a 2 Complut. d. 1 q. 4 Arriaga d. 3 s. 2 Mon. d. 2 s. 1, qui de hac re fuse agunt. quo huic materiae parum utili nolo diutius immorari. 35.

QUAESTIO SECUNDA
an logica sit practica.

Cognitiones quaedam sunt practicae, hoc est tales quae considerant obiectum a se operabile praescindendo ab eius existentia, et quaerendo ad effectionem obiecti: aliae sunt speculativae, quae obiectum circa quod versantur non efficiunt.

Pari ratione scientiarum una dicitur practica, seu talis, quae non sistit in solis operationibus, sed eas ex narratione sua ordinat ad effectionem obiecti.

Dixi notanter scientiam practicam ex narratione sua ordinare operationes ad effectionem obiecti: nam licet per accidens et ex sola libera

intentione operantis, possit quis addiscere medicinam eo precise ut in illa gescat, non id circa medicina desinet esse pratica, quia ex narra sua est ordinata ad praxin.

Et quidem diligenter notandum est ad habitum practicum requiri ut obiectum suum efficiat. hinc etsi Theologia gradatur ad aliquas cognitiones sibi producendas, tamen quia obiectum suum non efficit, immutat ideo non vocatur practica. hoc notato

Prima sententia docet loca esse pure speculativa. Ita Scot q 4 prolog Durandus q 6 Javellus sexto metha q 7 Socin q 6 Antonius Andreas q 4 Proeniptus 10 meth q 2 Conari partes q 1 art 4 et alii apud Arra d 3 s 3 subsectio 1a.

Secunda docet loca partim esse practica, partim speculativa. ita Suarez 2 meth d 4 4 s 13 n 54 Vazquez 1 p d 9 n 2 q 5 praemi n 14 Mendoza d 2 s 2.

Tertia est loca esse ~~quoad proprios suos actus~~ pure practica. Ita Cardi de Lugo in loca m 5 d 1 s 5 Arra d 3 s 3 subs 2 pro qua citantur apud Arra Gabriel Okan Paulus Venetus Albertus Jamdunus. Fonseca 2 met c 3 q 2 s 4 Murzia in introductione loca d 11 q 4 art 1 d q 4 artunico et comitor recentiores pro eadem refertur ab Arra S. Tho. opusculo 70 in Boetium de Trinitate q de deuctione sciae speculativae in responsione 2do.

37. Dico loca esse quoad proprios suos actus, esse pure practica. probo quia circa vera sua obiecta versatur practice: nam obiectum est operatio mentis: atque hoc obiectum vere immutat, et efficit quo circa suum obiectum versatur practice, ita ut illud ex narra sua, et non tamen per accidens proficiat; ergo est pure practica.

Obicies sed cognitio proprietatum modi sciendi v.g. quod producat tales species &c. non deservit ad earum effectionem, ergo fallit conclusio.

R. Narra ad loca non pertinere ut agat de omnibus proprietatibus modi sciendi, sed de iis solum, quae deserviunt ad cognitionem finis per se intenti, ut est: producere operationem rectam per deficiorem &c quae fit a loca, et pertinet ad ipsius obiectum.

Obiicies 2do loa p obiecto tt veritates sciarum, sed hoc e obiectum sciae speculativae, ut ait arrlos 2 met c 2, go loa ex mente Stratis erit speculativa.

Rx philosophus hic veritatem accipere quatenus existit in veritate obiecti qd a scia illa n efficit: n negat interim scia practica versari circa veritatem, sed n negat, haec en scia obiectum suum efficit et in sola veritate n quiescit.

Obiicit 3tio obiectum loae st actus intellectus etiam aliarum sciarum, sed illi st speculatio, go loae obiectum e speculatio et n praxis. 38.
Rx 1o loae sophisticae obiectum e deceptio vitanda, et tn loa sophistica n e deceptio. Rx 2do nego antecedens, qa etiam medicina numerat inter scias, cuius actus sunt practici, go n omnium sciarum actus, circa quos dirigendos versat loa sunt speculatio, Rx 3tio transeat antecedens, nego consequentiam: et dico eandem cognitionem pone ee practicam et speculativam diverso respectu: Nam idem actus quatenus ex se nec e operativus, nec effectivus vocat speculativus rate sui obiecti, qd n efficit, nec immutat: practicus vero dicit quatenus e obiectum cognitionis a qua efficit et immutat obiectum.

Obiicit 4to sequentes ppositiones n sunt practicae. Qd affirmat de aliquo vrtr sumpto pat affirmari de partlr sumpto ite: Quae sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se quae vero differunt inter se. ite ex pmissis evidentibus rite dispositis sequitur gelusio evidens, ex pbabilibus pbabilis ite genus latius patet quam differentia: defio quoritur cum definito. has inquam ppositiones aiunt adversarii n ee practicas, go n eos operationes loae sunt practicae: go loa e partim speculativa. Rx negando qd illas ppositiones n ee practicas, vere en dicunt operantem, ut rite operet, et n [illegible] licet ex pmissis rite dispositis necessario inferat gelusio, n ideo sequitur de tali gelusione utpote necessaria n pone dari cognitionem practicam; qa cognitio illa vere e

operativa gelusionis, ob quod exipsius directione voluntas imperet
premissas evidentes, ad quas necessario sequitur gelusio: ad hanc evidentiam
cognitionis non excepit Aristoteles 6 moralium c 4 ubi dixit, artem
non esse eorum, quae ex necessitate sunt vel fiunt. Intellexit enim cogniti-
ones ita necessarias ut intuitu illarum nihil ponatur directivum
atque loca intuitu gelusionis ponit premissas directivas, ex quibus
legitime deducatur illatio, ergo gelusio non excipitur ab operatione practica.

Obiicies 2to sequentem propositionem qua dico hominem esse animal rationale est bona
definitio. haec cognitio est actus loci, et tamen non fit practice a loca
quia tamen preceptum definitionis fit practice ab habitu loci, non vero
ipsae definitiones obiectorum: ergo respectu huius cognitionis loca
non est practica.

Respondeo cum Aristotele hanc definitionem fieri ab intellectu iam ante per relatas
locas defacienda definitione instructo, et loco habitu illum dirigi.
Itaque eiusmodi cognitiones tamen directive fiunt a loca et
mediate; non vero ita immediate sicut cognitiones, per quas de-
scribit relatas definiendi etc. Unde colliges locam circa modos
sciendi vere versari modo operabili, quia scilicet dum prescribit
relatas iam dictat modum sciendi et quidem practice.

SECTIO TERTIA
an loca sit scientia vel ars.

39. Dico 1o loca docens est scientia. ita Aristoteles 1 q 32 n 8 a quo citatur etiam
Sth. q 4 met cap 4 s 4 Aristotelis 1o priorum c 1 sect q 1 predicabilium
Tollet q 2 proemii (~~Loring q 2~~) gnimb q 4 art 3 Loring q 2
Hurtado q 2 para 4 et recentiores communiter probatur breviter
Scientia est cognitio evidens alicuius rei deducta ex principiis
evidentibus per consequentiam evidentem: atque operationes locae
omnes in particulari sunt tales cognitiones, quae ex principiis
certis deductae demonstrant proprietates et essentiam suorum
obiectorum. eg. ostendit definitionem debere esse clariorem definito,

Quia ē manifestatio rei: ōrs autē manifestatio rei dt ēē clarior re manifestata. Itē docet syllmū demonstrativū gcludere certo et evidenter, syllmū probabilē tn̄ parere opiniorē &c, qa cognitiones sunt evidentes ex certis principiis deductae: gō lōa absolute ē scīa in sensu iā explicato.

Obiicit comitā Herlos 2 met c3 ubi ait: absurdū ē quaerere scīa et mōū scīdi simul: intelligit autē p mōū scīdi lōa, gō Herlos lōa n agnovit p̄ scīa. 40.

Respondeo sensū philosophi hunc ēē absurdū ē ut simul quaerat lōa (qa ē mōg scīdi) et reliqua scīa (respectu quarū lōa ē mōg scīdi) nā respectu sui n ē mōg scīdi, sed scita: cur autē scīa respectu alterius n pōit ēē mōg scīdi, et tn̄ manere scita circa sua obiecta? hoc certe philosophus n negabit: tn̄ voluit innuere eos q̄ n audita lōa audiunt superiores scīas difficulter p̄ gressuros, qā sine lōa, hoc ē sine mōo scīdi gtendunt discere scīas.

Dices lōa ē habitus practicus, gō respicit obiectū dirigibile qua dirigibile, n qua scibile, gō n ē scita.

Rx negando gsequentiā nā ex eo qd lōa respiciat obiectū dirigibile, vocat scīa practica: qd autē det scīa practica, probat ex receptissima divisione qua scīa in comi dividit in practicā, et speculativā.

Quaeres an lōa utens sit scīa? Rx negative. Ratio ē: qā utens ut utens ē potius efficiens quā cognoscens, lōa ēn qualeq iuxta rectas defionis, definit argumentationē, potius efficit defiorē argumentationis quā cognoscat, et quā vis negari n pōit etiā lōa utentē fundari in cognitione defionis, attn̄ qua utens n ē cognitio evidens, sed potius illā supponit, et utit seu regula, iuxta quā recte operet. 41.

42 Dico 2do loā ē ars. probo nē artis intelligo virtutē intellectualē directivā operationū, quæ nō eliciunt ab appetitu eo sensu quo communiter accipitur in divisione virtutis intellectualis, quæ ē hæc, ars, scīa, prudentia, sapīa, intellectus. Ita dividit Aristoteles sexto ethicorum c 3 Jam vero in illa definitione ars opponitur scientiæ et prudentiæ: deinde predicatum differentiale per quod ars opponitur scīa ē, ēē directivum alicuius operationis scīa vero sumitur in predicta divisione pro habitu speculativo. Prudentiæ opponitur ars, per hoc, quod nō dirigat appetitum, sed operationes intellectuales, ē quod vero prīa per se ē directiva operationis appetitivæ: ergo in illa divisione ars accipitur pro virtute intellectuali quæ sit directiva alterius operationis quam appetitivæ: atque loā ē talis, dirigit enim operationes intellectus, ergo recte vocari potest ars.

43 Obiici potest 1o ars ab Aristotele vocatur habitus, cum vera ratione factivus; atque iuxta nos loā nō ē habitus factivus, ergo neque ē ars. Ad dicimus Aristoteles hic vocem factivus nō in eo rigore sumere, quo nos prius sumpsimus, scilicet pro habitu relinquente post se opus permanens, sed Aristoteles omnem illum habitum hic dicit factivum, qui versatur circa aliquam operationem nō appetitivam, sive deinde illa procedat à principio intrinseco, quod mutat, sive sit in subiecto extrinseco, et relinquat opus permanens videatur Oviedo in proemio p 5 n 12.

Obiici potest 2do ars nō ē speculativa: loā ē speculativa, quia circa suum obiectum versatur per demonstrationes, quæ cum sunt speculationes, atque aliarum secarum.

Respondeo negando Minorem, nam demonstrationes locae sunt practicae, quae sunt obiectum, ab ipsa loca operabile: haec e ea ipsae cognitiones et propositiones et relatae loca dirigunt intellectum practice ad recte operandum et faciendum et perficiendum suum obiectum. Ergo speculatio proprie dicta obiectum, circa quod versatur nec efficit nec immutat: hinc loca vocatur habitus scientificus practicus: metaphysica vero speculativus.

SECTIO TERTIA
de necessitate loca ad alias scias.

Inter habitus supernaturales seu infusos, et naturales seu acquisitos hoc est discrimen quod priores dant simpliciter posse: hoc est quod sine illis potentia non sit completa ad agendum. e.g. habitus fidei tantum est absolute necessarius ad producendum actum supernaturalem fidei, quam necessaria est potentia videndi ad producendam visionem. Ergo habitus acquisiti tantum dant facile posse. Hoc est non sunt absolute et simpliciter necessarii ad operandum, sed tantum ad operandum facile. Jam vero loca considerari potest tam quoad suos actus quam quoad habitum et utroque modo considerata dicuntur et quomodo sint necessaria ad alias scias. ad scias 44.

Dico 1o habitus logicus non est simpliciter necessarius ad alias scias. Respondeo quod habitus acquisiti (qualis est loca) tantum dant facile operari, non simpliciter. 45.

Deinde manifeste probatur gelusio inde, quod habitus fiunt per multiplicatos actus, quos sic actus fiunt sine habitu: alioquin si actus fierent ab habitu et habitus ab actibus daretur mutua dependentia inter habitum et actum, quod implicat: igitur 1us actus productus est sine habitu, cur quo 2us et 3us non possint produci sine habitu sufficiunt, quo hic sufficiunt ad alias scias addiscendas facilius; quo simpliciter non est necessarius habitus.

Dico 2do neque actus loci sunt simpliciter necessarii ad alias scias. Ita Arra d 334 probatur 1o logica est scia, et potest addisci simpliciter absque influxu et concursu aliarum scientiarum: quo et alia scia potest addisci simpliciter et absolute sine actibus logicis. Impatet, quod prima principia loca non supponunt aliam sciam unde sint desumpta, sed tantum supponunt lumen rationis. Ita homines et non scientifici possunt discurrere naturaliter e.g. rusticus ex solo lumine naturae recte sic ratiocinatur. 46.

Quando è sterilitas, frumentum magno è in pretio: secundo anno limitis futura sterilitas: erit igitur secundo anno frumentum in magno pretio. Porro sicut omnis artis scientificae, et systematis naturalis sunt aliqua religiosis, ita simpliciter fieri possunt artis alicui scientificae.

47. Dices: bonitas illationis quidem ~~systematis~~ et evidentiis ad statim dupna, hendis: ergo lumen naturae sunt reliqua loca. Et bonitatem illationis sp apparere intellectui illi, qui lumen et principia penetrat et hoc naturaliter sine generum artis, et defuni pari ex primis principiis systematis directionis, quae mole affluunt ex lumine naturae et non ex arte. Imo, potius sunt principia artis, et fiunt ab intellectu habente vim, et ex solo quod loca artificiosae adipisci: et ex intellectu naturaliter fit ex solo, et quidem gnoscione inter unum syllogismi et octo praemissarum, et in reflexe cognoscendo bonitatem illationis: sicut ergo stor gnoscione subsumptionis est bone inde et vere eorum dicere? hoc est subsumptio et si reflexe et agnoscar à novitate ~~sui~~ gnoscionis nolunt à motivo fili: aliquis dis propio ora affirmare se ad nova, et ex experientia.

48. Dico ubi artis loci sunt naturales necessarii ad alias fines addiscendas, solus hic religiosus fine sibi addiscunt ab intellectu capaci logismorum quod ab intellectu rudi, et p solus principia naturalia, ita omnibus qua proprialis arte sua dissecat. Recaperta. quia intellectus huius in fil limitatus, facile decipitur, et opus est directione, ne erret: atque experientia composita est, eos quia ita assuetudi sunt rationis deficendi, diminuendi, augmendi de faculties malitiis fines gradi quod plurimum audos fuerit dialecticos fingunt maxime vero theologia, tum speculativa, quam moralis: ergo ad illas loca et naturalia necessaria. ex his

49 Colligere loca habitualia ad inde necessaria ad alias fines; non ergo facultas ad aliquos locos, et hic ad aliquos aliarum finium, ergo habitus ergo mediantibus suis actibus facultas ad alias fines: hoc igitur sunt duo loca habitualia ad moralia naturalia ad alias fines discendas, illa ob tollit difficultates ex parte intellectus, et illum instruit, et suas rationes et magis dispositus fit ad capiendas novitates aliarum rerum. sicut lignum, quando p calorem exsicatur, aptius fit ad recipiendam frationis, quam ante lignum viride, et subcinerum.

Quaeres quomodo lōa concurrat ad actus aliarum scientiarum? Ex responsione 50

et est dispositione individuum et species: non individua quia non est dividi
sunt dispersae unum hoc, et (ut legit Bona) in hac natura hominis habentur
a parte rei et plura, quorum est dividi est unum hoc.

SECTIO SEXTA
an detur ratio communis
individuis.

Negat Caietanus. Albertus Solus Toletus Fonseca.
Affirmat Mendoza d 5 § 7 Arra d 7 § 4 subs 2 Oviedo c 5 n 8
et plures, quos refert Mendo. loc cit: Inter quos numeratur etiam S Th à parte
q 3 d 4

Dico, dari rationem communem individuis: probo breviter. Ratio individui est 23
esse indivisum in se. sed haec ratio, est communis obiectum individuis, nam de obiectum
vere dici potest esse indivisum in se, ergo datur ratio communis individuis.

Obiicitur ratio formalis differendi, non est ratio communis generandi: sed individuatio est ratio formalis differendi, ergo non est communis individuis. Resolutione
Nota individuationem posse sumi dupliciter. primo potest sumi pro individuatione in communi, et imperfecta, in qua ratione generantur omnia individua: et haec non est ratio formalis differendi. 2do potest individuatio sumi pro ultimata ratione individui, quae exprimitur per haecceitatem, petreitatem, Joanneitatem etc et vocatur perfecta individuatio, in qua individuatione Petrus sumitur quatenus est hic homo, et non precise quatenus est homo

Ad obiectionem nunc ita respondeo. Ratio formalis differendi non est 24
communis individuis quoad Mai. Et distinguo minorem: individuatio est ratio formalis differendi, si sumatur individuatio perfecta quoad minorem. si sumatur individuatio imperfecta nego minorem. Et distinguo consequens: ergo datur ratio communis individui, si ratio illa sit ultima quoad consequentiam: si sit ratio individui non ultima, nego consequentiam.

Obiicies 2do: haecceitas facit quod Petrus sit singulare, sed sub hoc praedicato singularitatis generantur omnia individua, ergo etiam ab haecceitate potest abstrahi ratio communis individui: sed hoc videtur impossibile, quia in eius modi abstractionibus procederetur in infinitum, nisi ex assignabilis est ratio, à qua non potest alia communis ratio abstrahi.
Ex quoad sequelam, et nego seq processum in infinitum, nam etsi omnes haecceitates in infinitum possent à se invicem abstrahi, ratio tamen communis non est alia et alia, sed ea per quam prima haecceitas abstrahitur, est illa ipsa per quam abstrahuntur reliquae haecceitates,

Et sic ratio abstrahendi non multiplicatur, sed est una unica

25 Objicies 3tio ergo haec praedicatio, cum dico: Petrus est homo non est immediata, quia mediaret ratio individui humani; nam haec praedicatio, quam dico: Petrus est homo individuus est immediata: ergo prior est mediata.

Respondeo cum Arriaga di 7 s 4 subs 2. Praedicatione individuali esse partim specifica, partim propria; et non constituere diversum praedicabile a 5 praedicabilibus: nec individuatio hominis est aliquid inferius homine sed potius est aliqua passio et proprietas. Deinde praedicatio, qua dico: Petrus est homo individuus partim spectat ad proprium partim ad speciem. Sed de utrisque satis. Materia de universis, aequivocis, et annalogis differo in metaphysica, ubi agam de ente, et eius abstrahabilitate, ad cuius intelligentiam uberiore recte ibidem tractabitur an ratio communis entis sit annalogia, vel aequivoca. Nunc ipsum statim praedicamentum relationis aggrediamur.

QUAESTIO 7MA
de praedicamentis in communi.

SECTIO PRIMA
quid sit praedicamentum et quotuplex

1 Praedicamentum est series praedicatorum recte lineae descendentium a summo genere usque ad individua. ex series praedicamenti substantiae est haec. Supremo loco ponitur substantia. Sub hac recta descendendo ponitur corpus sub corpore vivens etc. Et sic descenditur usque ad ant. Vide Philippi tractatu 1 parte 2 c 2 art 1mo.

Post Architam Tarentinum, quem secutus est Aristoteles c 5 de praedicamentis, communiter nunc a Philo numerantur 10 cathegoriae scilicet substantia. quantitas. qualitas. Relatio. Actio. Passio Ubi. Duratio. Situs. habitus.

An plura vel pauciora praedicamenta potuissent poni, non vacat hic fuse disputare, cum Cant arra notat res non sit magni momenti satis est eam divisionem esse comodam, uti probat Suarez d 39 s 2 n 17 Vide Arriaga lib 5 de praedicamentis in praemio et alios passim.

Cæterum ut aliquid possit poni in prædicamento, requiruntur 5 quæ conditiones, quæ hoc versu continentur. 2

Entia per se sese finita. realia. tota.

Prima conditio est ut sit ens. hinc negationes excluduntur, quæ non sunt propriæ ens. 2da ut sit ens reale, hinc ens rationis obiectivum excluditur. 3tia ut sit ens per se. hoc est unius essentiæ constans genere et specie, quæ constituunt unam naturam. 4ta ut sit ens finitum, et limitatum in perfectione; hinc divina essentia utpote infinita et illimitata excluditur à prædicamentis. 5ta ut sit ens completum physice et met.

Unde

Colliges 1mo partes physicas, sive sint essentiales, sive integrales quantales non spectare ad prædicamenta

Colliges 2do etiam differentias excludi à numero prædicamentorum, quia met non sunt completæ, eo quod non prædicentur in quid, et ad modum per se stantis, sed ad modum alteri adiacentis.

Porro quædam ponuntur in prædicamentis directe, scilicet ea omnia quæ ponuntur in linea recta sub summo genere; quæ vero ad latus ponuntur, dicuntur poni in linea prædicamentali tantum indirecte, et directive.

Dices: genus tantum est pars speciei, ergo directe non pertinet ad prædicamenta.

Rx genus est quidem pars speciei, sed non necessario concipi ut pars, satis est tantum ut concipiatur ad modum totius, uti in materia de utilitate explicatum est. his prænotatis prædicamentum relationis tradam exactius, ob eximiam illius utilitatem. de reliquis prædicamentis sparsim, et de singulis suo loco per decursum Philosophiæ agetur.

SECTIO 2DA
de prædicamento relationis.

De relatione agit Aristoteles 5 met c 5 et post eum celeberrimi philosophi passim Pd R in loco hic c 7 Conimb q 3 c 7 art 2; Suarez Tomo 2do met d 47 Hurtado d 15 met Arriaga d 12 loco sectione 1 et RR coiter. per cuius rei intelligentia

3 Sciendum est relativa esse, quae aliud respiciunt. Sic Joannes Pater respicit Petrum filium. Homo vero, quia non respicit aliud, non est relativum, sed absolutum. Differunt autem relativum et absolutum sicut ligatum et solutum. Vere enim pater ratione paternitatis, alligatus est filio, non ita homo.

Porro potest idem terminus eg. Petrus respectu Francisci esse relativus, si sit Franciscus sit Petri filius: respectu Joannis vero (quia non est eius filius) absolutus, quia ad Joannem Petrus non habet respectum. Unde

4 Relatio est respectus, seu vinculum, ordo, ac pertinentia unius rei ad aliam rem. Sic Paternitas dicit ordinem ad filiationem. Productio Angeli dicit ordinem ad producentem.

Hic sola controversia est de relatione praedicamentali, quae relatio habet totum suum esse ex eo quod sit ad aliud. Quomodo autem relatio praedicamentalis differat a relatione transcendentali, patebit ex paulo ante dicendis.

5 Relationum divisiones ferme sunt hae. Prima est divisio in relationem realem, et in relationem rationis. Realis est, cum neque vere et a parte rei datur sine ulla fictione intellectus. Relatio rationis est, quae fit per fictionem intellectus. eg. cum fingitur aut respicere inferiora. vel cum in obiecto cognito apprehenditur respectus ad cognitionem.

6 2da divisio est in relationem 2dum esse, sive in relationem realem (quae immediate prius explicata est) et in relationem 2dum dici, quae tunc est, quando una res explicatur per aliam, et accipitur per species illius: sic angelus accipitur per species materiales iuvenis, alati, non quod habeat ordinem, sed quod ita aliquo modo angeli velocitas exprimatur; et ideo relatio 2dum dici tantum improprie est relatio. Videatur Arriaga loco cit. et Mendoza.

7 3tia divisio est in mutuam et non mutuam. Mutua est inter duas res quae se invicem vicissim respiciunt. Ita pater respicit filium, et filius vicissim respicit patrem.

Relatio non mutua est, cum una res respicit aliam, etsi vicissim non respiciatur ab illa. Sic visio respicit murum, murus vero non vicissim respicit visionem.

Ita relatio mutua alia est equiparantiae, alia disparantiae 8
Illa est cum utrumque extremum relatum sortitur eodem appellatione. Ut albedo A respicit albedinem B et vicissim ab illa ita respicitur ut utraque albedo sortiatur eodem appellatione similitudinis.
Relatio disparantiae est, cum duo ita se mutuo respiciunt, ut diversam appellationem sortiantur, ita pater per relationem paternitatis respicit filium, et filius per relationem filiationis respicit patrem.

Ista est praecipua divisio in relatione praedicamentali, et transcendentali, de qua utraque paulo inferius prolixe agemus. 9

Sectio ~~secunda~~ 3tia
praemittuntur quaedam notanda
pro faciliori intelligentia
relationis.

Notandum 1mo in quavis relatione debere quatuor attendi
Fundamentum scilicet sive subiectum denominationis, quod dicitur referri ad aliud. 10
Dein terminus ad quem aliquid refertur. Tertio relatio ipsa, et denique ratio fundandi. Ostendo rem in exemplo.

Joannes generavit paulum datur ergo relatio paternitatis in Joanne respectu Pauli. cuius relationis fundamentum est Joannes, qui denominatur pater terminus est paulus filius, ad quem pater refertur. ratio fundandi est generatio, qua pater genuit filium. Paternitas denique est relatio.

Notandum 2do etsi haec quatuor in omni relatione reperiantur, non debere tamen necessario esse inter se distincta: nam in relatione similitudinis non distinguitur ratio fundandi a relatis coexistentibus, scilicet a duabus albedinibus. Idem dic de relatione dissimilitudinis, et iis omnibus, in quibus nulla reperitur actio et passio.

Notandum 3tio fundamentum aliud est proximum aliud remotum. Fundamentum proximum est immediatum subiectum denominationis. Fundamentum remotum est id cui mediate tribuitur appellatio relati. Ita albedo murus A respectu muri albi B est fundamentum remotum: albedo A vero respectu albedinis B est fundamentum proximum; nam murus ratione albedinis sortitur appellatione similis: quae appellatio immediate convenit albedini.

Notandum 9to quatiescunque datur relatio mutua, sed utrumque extremum diverso respectu esse vicissim terminum et fundamentum.
nam pater quatenus respicit filium in fundatum paternitatis, et quatenus respicit vicissim a filio, in terminum filiationis. Et contrario filius quatenus respicit patrem in fundatum filiationis, et quatenus respicit a patre in terminum paternitatis.

Notandum 5to omnes relationes praedicamentales et transcendentales habere potissimum 3 rationes fundandi, ut colligitur ex Arist. 5 met. c. 15. 1ma ratio fundandi est unitas, et numerus.

11 Per unitatem ex sententia (de qua in verbis dictis) Petrus et Paulus fiunt unum extrinsece, dicuntque habere relationem identitatis improprie, hanc reducit relatio similitudinis et similitudinis.
In numero fundantur 1mo relatio diversitatis, qualis est inter lapidem et Angelum, inter horam et lignum &c. 2do relatio dissimilitudinis, qualis est inter nigrum et album: inter calidum et frigidum.
3tio relatio aequalitatis, quae reperitur in quantitate juxta quatuor dimensiones longitudinis, latitudinis, altitudinis et profunditatis.
2da ratio fundandi est actio et passio. in hac ratione fundantur relationes, quae sunt inter causam et effectum, de quibus postea.
3tia ratio fundandi est mensura et mensuratum. in hac fundantur omnes relationes transcendentales. Ex dictis

12 Colliges quod relativa praedicamentaliter sunt simul cognitione: nam qui cognoscit albedinem A ut similem albedini B, is per eandem cognitionem cognoscit etiam albedinem B ut similem albedini A, vel certe ut terminum ad quem refertur albedo A. Item qui cognoscit patrem ut patrem, is per eandem cognitionem etiam cognoscit filium, ad quem, velut ad terminum refertur pater.
ratio est, quia qui cognoscit patrem ut patrem ille cognoscit generationem, per quam simul et semel constituitur relatio paternitatis et relatio filiationis: seu, quod idem est, per generationem constituitur tota correlatio; ergo per cognitionem generationis simul cognoscitur tam pater quam filius in praedicto.

Dices 2do q cognoscit cognitionem muri, is necessario cognoscit murum, quia cognitio muri est ipsius imago, seu repraesentatio muri, non potest autem cognosci imago rei, nisi simul cognoscatur res, cuius imago cognoscitur.

R. concedendo totum. Interim tamen murus non cognoscitur ut habens mutuam relationem ad cognitionem, sicut per cognitionem generationis cognoscitur pater, et filius ut habens mutuam relationem ad patrem. Igitur proprie ad relationem praedicamentalem pertinet ut relativa esse simul cognitione. V. Aristoteles c. 7 cathegoriarum.

Sectio quarta

quid sit relatio praedicamentalis, et quomodo differat a transcendentali.

Certum est apud omnes quod relationes paternitatis, filationis, similitudinis, dissimilitudinis, servitutis, aequalitatis, inaequalitatis, coexistentiae, identitatis, sunt praedicamentales. Et quod vero relationes potentiarum habitualium, actuum, productionum, motionum, creaturae sunt transcendentales: et haec vagantur per omnia praedicamenta: priores vero proprie hoc pertinent. Caeterum valde variant Auctores in assignando discrimine inter utramque relationem, transcendentalem videlicet et praedicamentalem. Audiamus. 12.

§ I.mus

referuntur et examinantur quaedam sententiae circa praesentem controversiam.

Prima sententia est relationem praedicamentalem esse separatam a fundamento proximo, non ita transcendentalem, et per hanc separationem ambas relationes inter se differre.

Hanc sententiam refert Arriaga d. 12 s. 2 eamque optime refutat sectione 3 n. 9. hoc argumento. Creatura habet relationem praedicamentalem dissimilis ad Deum, et tamen non potest a creatura separari, et non impossibile ut existat creatura, et non sit dissimilis Deo, ergo dissimilitudo Dei cum creatura est a creatura inseparabilis: ergo iuxta hanc sententiam est relatio transcendentalis, quod omnes negant. 14

ergo haec sententia non est vera, et fallit.
Deinde cognitio est relatio transcendentalis, et tamen à fundamento proximo, scilicet ab intellectu potest separari, ergo falsum est, quod relatio transcendentalis sit à fundamento proximo inseparabilis.

15 2da sententia quorundam Tomistarum apud Suarez hic d. 47 s. 4. qui volunt relationem praedicamentalem esse illam, quae pendet ab existentia sui termini, et ergo relationem transcendentalem esse illam, quae non pendet ab existentia sui termini. Hanc explicationem evidenter reiicit Arriaga. hic s. 4 hoc modo.
Actio pendet à sui termini existentia: unio pendet ab existentia suorum extremorum, quae per unionem nectuntur inter se: et tamen quam unio, quam actio est relatio transcendentalis: ergo haec sententia aperte falsa est.

16 3tia sententia est Suarezii d. 47 met. s. 4 n. 9. Conimbricensium hic art. 2do et 3 Caietani de ente. Est quia 15 et aliorum recentiorum, qui docent, quod relatio praedicamentalis pure respiciat terminum, nihil circa illum efficiendo, ~~[illegible]~~ nec exercendo ullum aliud munus distinctum à relatione. Et ergo volunt quod transcendentalis relatio non respiciat terminum pure ut terminum, et quod ammodo gratis, sed quod circa illum aliquid efficiat. hos Arriaga citata refutat, et bene quocum.

Contra hanc explicationem auctor imo cum citato Arriaga. et quaero. quid est pure respicere terminum? est ne ita respicere, ut terminus insecet non mutetur per huiusmodi respectum? Ergo: cognitio non mutat suum obiectum insecet, ergo pure ut terminum respicit: ergo est relatio praedicamentalis.
An vero per to pure spespicere terminum sub intelligitur respectus ut aliquis terminus tamen exsecet denatum? sed hoc modo nulla relatio erit praedicamentalis: quia terminus semper acquirit exsecam denationem. e.g. à duratione mea dicimus mihi coexistens. Ergo coexistentia est relatio transcendentalis, quod est falsum. Imo paternitas est relatio praedicamentalis, et tamen pater efficit aliquid circa filium.

Ergo 2do ex eodem quod creaturae nullum munus exercent erga deum, et tamen respiciunt eum transcendentaliter.

Dices: creaturas esse obiectum et inadequatam mensuram scientiae et omnipotentiae Dei: et hoc iam esse munus distinctum a relatione praedicamentali; nam de ratione mensurae ut sic non est ut referatur ad mensuratum. Sed ergo quidquid sit de hoc exemplo in aliis relationibus, ex paternitatis, tamen intervenit aliquod munus: nam pater vi generationis efficit filium, non tamen id circo refertur transcendentaliter; ergo ad hoc melius dicitur explicari hoc munus, ut sufficiat ad relationem transcendentalem.

4ta explicatio est patris Arriaga q. 53 ait, relationem transcendentalem esse illam, quae est adequata effectus fundamento: praedicamentalem vero esse illam quae saltem inadequate est effectus fundamento. 17

Huic explicationi obiicitur 1mo. Hoc quod est, relationem distingui a fundamento supponit prius notitiam relationis: ergo nam relationis male explicatur per distinctionem adequatam, vel inadequatam a fundamento: sed dicitur potius explicari per praedicatum magis notum.

Ergo 2do Causa producens refertur per productionem effectus transcendentaliter ad effectum, et tamen relatio productionis ad effectum non est adequate identificata cum causa velut cum fundamento: ergo haec explicatio fallit.

Ergo 3tio in relatione similitudinis. Albedo A et albedo B est fundamentum relationis similitudinis, et si ab utraque albedine non distinguatur relatio similitudinis, sed adequate identificetur: ergo etiam relationi similitudinis quaerit explicatio relationis transcendentalis.

5ta explicatio est eius RR. relationem transcendentalem esse ens, quod cum aliquo ex decem praedicamentis identificatur, ex. productio termini est relatio transcendentalis, et identificatur cum praedicamento qualitatis &c. 18

Ergo relatio praedicamentalis ex. similitudo cum nullo praedicamento identificatur.

Impugnatur tamen haec explicatio 1mo. Et si reliqua praedicamenta ignota essent, tamen dicitur posse discrimen dari inter relationem praedicamentalem et transcendentalem.

Impugnat 2do n. sp. clare apparet an relatio coexistentiae e.g. vel aequalitatis spectent ad praedicamentum qualitatis vel quantitatis: ergo per hanc explicationem non potest sciri, an qualitas et coexistentia sit relationes praedicamentales.

§ II^dus

melius discrimen auffertur.

Antequam hoc discrimen explicetur, sciendum est inter Scotistas circumferri 2 sententias, quarum una vult relationes praedicamentales esse denominationes partim insecas, partim exsecas: altera sententia vult illas esse modos super additos fundamento. Sed hanc controversiam paulo inferius examinabimus. Nunc vero si velimus supponere relationem praedicamentalem esse denominationem partim exsecam desumptam a termino tanquam a parte, tunc.

19 Lugo tomo de Incarnatione d. ii. s. i. et disputatione 6 de sacramentis commodum ac expeditum discrimen affert ubi dicit quod relatio praedicamentalis sit illa, quae pure refert fundamentum ad terminum, hoc est cuius denominatio completur a coexistentia termini, et est denominatio partim exsecta. Transcendentalis vero relatio est, quae nihil exsecum habet admixtum, sed se ipso refertur, et essentialiter respicit aliquid e.g. actio per se ipsam essentialiter refertur ad terminum productum, cumque respicit. Et haec explicatio bona est ex suppositione, quod relatio praedicamentalis sit denominatio partim insecta partim exsecta.

Verum si velimus praescindere, an sit denominatio pure insecta vel an sit partim exsecta, tunc non sufficiet haec explicatio, ut patebit examinanti.

Meus Pater professor hic q. 952 in 2do cursu philosophico m. s. assignat hanc relationem discernendi unam relationem ab altera.

20 Relatio praedicamentalis est illa, quae est in rebus more per accidens, ex positione alicuius rei fundamenta exsecta, vel si est fundamento insecta (uti contingeret, si relatio esset modus) tunc a natura praecise ideo data est, ut referat fundamentum ad terminum. e.g. albedo est ab albedine B agrit denominationem similis, quae denominatio est albedini prorsus exsecta: et si verum est quod detur modus relationis (de quo infra) tunc ille modus praecise facit

Ut una albedo referatur ad aliam.

Ergo relatio transcendentalis, quae à natura non precise intenditur propter se referre: 21
sed propter aliud munus. ex. Volitio est relatio transcendentalis, quae respicit quidem
obiectum volitum, at propter hunc respectum intenditur à natura in alium finem,
videlicet ut per illam intellectus obiectum volitum possideat. Ita productio Angeli
refertur transcendentaliter ad Angelum: nihil omnino à natura intenditur primario
in hunc finem, ut per eam acquirat Angelus suum esse, et sic de aliis.
In hac explicatione desiderare ut melius exponeretur illud munus à natura
intentum, et quod distinctum à respectu. Deinde. Creatura Deum
respicit transcendentaliter, et tamen propter hunc respectum non habet aliud munus
quam Deum.
Dices: creaturas esse obiectum seu mensuram omnis scientiae Dei, et hoc munus
esse distinctum à relatione.
Ergo etsi omnis creatura implicaret, adhuc maneret scientia Dei necessaria, et
non videtur primario intendi creatura in hunc finem, ut si mensura scientiae
divinae; nam antecedenter ad omnem existentiam creaturarum, exhibetur
scientia Dei. Porro creatura ut existens refertur transcendentaliter ad
Deum: quaero igitur in quem finem hac existentia creaturae primario intendatur,
quod non sit simul identificatum cum respectu ad Deum?
Verum huic replicae facile obviari potest dicendo, quod existentia creaturarum
sit mensura scientiae ~~[illegible]~~ visionis Dei, et quod de ratione mensurati
non sit offerre referri. Sed nos, qui dicemus infra relationem praedicamentalem
esse denotationem partim insecam partim exsecam, pro nunc cum explicatione
Lugonis contenti sumus.

Sectio Quinta

An relatio praedicamentalis sit adaequate identificata cum fundamento.

Status quaestionis est, an relatio paternitatis à parte rei identificetur cum Petro ex. qui est pater Francisci, ita ut propter entitatem Petri
non sit alia pars constituens relationem paternitatis; sed sola entitas Petri
specificative accepta sit adaequate identificata cum paternitate.
Pro meliore intelligentia praesentis controversiae supponendum, et bene 22
memoriae imprimendum est, quod duae entitates quae inter se sunt
adaequate identificatae non possunt à se invicem separari, nec una
possit existere sine alia. ex.

Antitas hominis non potest existere sine eiusdem ratitate, cum qua identificatur. Ratio huius rei est ista; quia duae enditates adequate inter se identificatae, reliter sunt una res; atque lumine naturae certum est, quod una res non potest simul existere, et non existere; ergo implicat ut duae res adequate identificentur, et tamen una sine altera existat; nam hoc in terminis involvit praedictionem hoc supposito.

23 Dico. relatio praedicalis non est adequate identificata cum fundamento. haec sententia est communis, et eam nominatim tradunt Pater Aversa q. 25 S. 2 Hurtadus d. 15 met. S. 3 para. 25 Arriaga hic S. 8 subs. 2 et 3. Suiedo Lugo et RR. communiter.

probatur gelio evidenti ratione. Pereunte filiatione non perit enditas patris; pereunte filiatione perit relatio paternitatis: ergo enditas patris, quae est fundamentum huius relationis, potest manere pereunte relatione paternitatis; ergo haec relatio non adequate identificatur cum fundamento.

confirmatur Argtum. Pereunte filiatione non manet denatio patris, ergo pereunte filiatione perit paternitas; et tamen manet fundamentum hac enditas patris, scilicet Petrus: ergo si paternitas adequate identificatur cum fundamento scilicet Petro, tunc sequitur quod eadem res simul pereat, et maneat.

24 Declaro rem clare in exemplo. Quando à numero denario demitur unitas, tunc non amplius manet denarius. cum quia denarius identificatur cum omnibus illis 10 unitatibus simul sumptis; non potest igitur existere denarius, nisi existant simul omnes decem unitates: ergo a pari si ex defectu solius paternitatis non existit filiatio, signum evidens est quod paternitas sit pars constitutiva filiationis: ergo à primo ad ultimum tota relatio filiationis non identificatur adequate cum fundamento, scilicet filio, sed includit paternitatem velut partem.

Huic Argto plane efficaci et firmo opponunt se Connotatores, ita vocati, quod per meras connotationes conentur eum argti eludere, quae inde varias responsiones excogitarunt. Ponderemus.

SECTIO 6TA

Examinantur et revelluntur responsiones Connotatorum.

Antequam has responsiones afferam, revocanda sunt ea in memoriam, quae in relatione partium disputata sunt; et exponendae connotationes illae, propter quas adversarii nostri vocantur connotatores, sicut iidem propter filiationes appellantur formalistae. Igitur

Connotationes, quas impugnamus sunt illae, quae a parte rei identificantur cum aliquo, non obstante reali separatione. Declaro rem in exemplo, quod adversarii nostri loco primae responsionis ad nostrum argumentum afferunt. 25

Pater est fundamentum in relatione paternitatis et filius est terminus: quaeritur nunc an relatio paternitatis consistat adequate in solo fundamento, hoc est in entitate sola patris? Et an terminus (id est filius) sit pars constitutiva relationis? Respondeo Connotatores, relationem paternitatis consistere adequate in solo fundamento, et negant consequenter quod terminus sit pars relationis. Quando urgentur, quod praeeunte solo filio cesset denominatio patris, et ideo filius constituat denominationem patris, respondent Patrem non quomodocunque sumptum identificari adequate cum relatione paternitatis, sed patrem quatenus connotat filium.

Ecce connotationem, quae quidem est realiter separatis ab entitate patris, et tamen (si connotatoribus creditur) entitative sive realiter identificatur cum eadem entitate patris. Quod mihi quidem semper visum est imperceptibile. Nunc conformiter ad ea, quae in denationibus disputata sunt.

Hanc Rem impugno primo Connotatio qua Pater connotat Filium vel est aliquid distinctum a Patre vel nihil, si nihil est distinctum? ergo frustra dicis quod Pater connotans Filium sit tota relatio Paternitatis. Si est aliquid distinctum? ergo relatio paternitatis non consistit adequate in solo fundamento, sed in aliquo alio distincto, hoc est in connotatione.

Impugno Rem secundo Pater quatenus connotat Filium, plus dicit quam nuda entitas Patris, nam Petrus qua homo non connotat Filium: idem Petrus qua 26

P connotat F; ergo connotatio est constitutiva P qua connotantis F, et non est constitutiva P qua precise homo est: ergo connotatio est realiter distincta ab entitate Patris; alioquin eadem indivisibili rei quaerunt contradictoria: Jam vero si dicis connotationem esse realiter distinctam ab entitate P, iam concedis relationem paternitatis constitui per duas entitates quarum una sit fundamentum, altera separatim a fundamento. Unde

27 Urgeo argum hoc modo. Per se paternitas est adaequate identificata cum patre ut connotante filium: sed P ut connotans F dicit aliquam insecam partem super additam entitati P; ergo relatio paternitatis non consistit in solo fundamento, sed etiam in illa parte super addita.

R. 2do. Pereunte filio, et remanente fundamento perire paternitatem tum quo ad denominationem, et non quo ad entitatem Paternitatis, nam haec manet identificata cum fundamento.

Ergo evidenter Pereunte solo termino, manent per se omnia reliqua constitutiva paternitatis, tu enim dicis terminum non esse partem paternitatis; ergo paternitas nec denominative perit. probo. Tu concedis manere totam entitatem paternitatis; ergo vere potest dici et denominari paternitas, sicut manente entitate Petri, vere Petrus denominatur Petrus; quia non ideo Petrus denominatur Pater quia ego voco illum patrem, sed quia vere et a parte rei existit entitas, quae meretur hanc denominationem Patris; ergo debes, quod manente entitate paternitatis maneat etiam denominativa paternitas.

Explico.

28 Pereunte anima leonis perit tota denominatio leonis. quare? quia anima leonis constituit insecam entitatem leonis, et male dicere quod sublata anima leonis pereat sola denominatio leonis, et solus leo maneat. hoc igitur manifestum signum est denominationem rei tam diu manere, quam diu manet res: ergo quam diu manet tota entitas paternitatis, etiam manebit denominatio paternitatis.

Non video quod in hoc discursu possit negari, hinc autem evidenter sequitur quod filius intrinsece constituat denominationem Paternitatis sicut cognitio denominationem cogniti, quia pereunte solo filio, reliquis omnibus manentibus,

non manet tota enditas paternitatis.

Rx 3tio. Pereunte termino perire geeptibilitatem Patris non vero enditatem paternitatis. Haec Rx in terminis involvit contradictionem, nam si res aliqua vere manet, quo potest geipi, quo et geeptibilis: sed per te pereunte termino manet tota enditas paternitatis, quo manet tota paternitas ut geeptibilis.

Deinde geeptibilitas ine aliquid realiter distinctum ab enditate Patris vel non? si nihil est distinctum, quo manente enditate Patris realiter manet geeptibilitas. Si est aliquid distinctum? quo paternitas non consistit in solo fundamento, sed in geeptibilitate super addita.

Porro pereunte solo filio perit geeptibilitas patris, et non perit enditas Patris; quo geeptibilitas est realiter separatis ab enditate patris, et consequenter realiter distincta: quo paternitas secundum suam responsionem constituitur per fundamentum, et aliquid aliud ab eo realiter distinctum, videlicet per geeptibilitatem.

Rx 4to. Pereunte solo filio manere geeptibilitatem patris realiter, sed non formaliter. Ergo quod est geeptibilitatem perire formaliter? 29
ine tamen hoc, quod pereat tunc geeptus? vel ine aliquid aliud? si dicis primum, debes gaudere quod pater habens filium cesset esse pater quando tunc geeptus tollitur quod ex terminis ridiculum est. si dicis 2dum, satis quod perire formaliter dicat aliquid aliud quam geeptum, tunc iam gaudes quod pereunte paternitate pereat aliquid ex parte abstractis et constitutivum paternitatis.

Deinde si pereunte solo filio manet geeptibilitas paternitatis realiter, quo realiter et a parte rei manet totum id quod constituit enditatem paternitatis, quo manet tota paternitas ut geeptibilis.

Denique ex recta partium iam prius explicata et ex infra dicendis constabit quomodo haec similes connotationes Rx solite impugneri debeant. Coronidis loco adiungo verba patris Canualeneri viri doctissimi, qui ita loquitur. Ego sane (inquit) conatus sum excogitare aliquid quod vel in specie possit dici pro adversariorum sententia, sed nihil mihi occurrit, neque enim video quod denique 30

Certum sit, si haec consequentia certa n. i: A. i. idem adequate cum B, perit A, ergo perit B. vel manet A, ergo manet B: sed de formalitatibus saepius redibit sermo in progressu, maxime in physica, ad quam reliqua argta differemus.

SECTIO 7 TIMA

an dicti modus superadditus fundamento.

Modus est de quo alias dicemus, ut ens esse informans, tollens simul indifferentiam illius, cum quo sit physica, et indispensabilem connexionem. eg. productio Angeli est modus, qua recipit in Angelo velut in subiecto informativo, et tollit indifferentiam angeli ad existendum, atque cum eo esse et physice ita connectitur, ut nec per divinam potentiam possit existere productio, nisi existat determinate hic Angelus, et per illam productionem producitur, quae omnia hic supponimus, alibi probabimus.

31 Quaeres ergo an paternitas eg. sit modus esse affirmans enditatis et esse referens P. ad filium. Affirmant Capreolus Caietanus et quam alii quos sequuntur P. Ruvius q. 12 n. 128 Phonsea Vallis Murcia.

Negant Tolletus Vasquez Auersa Suarez Mendez et Arrii Oviedo Et cum inter RR. Ex antiquis eam tenent Scotus, Perucus, nominales et alii.

32 Dico relationem praedicamentalem non esse modum fundamento superadditum, et a fundamento existente distinctum. Ita videtur sensisse Aristoteles 5 physicorum, et 2 textu 10 ubi docet ad relationem non dari motum. Unde deducitur hoc argumentum. Si relatio esset modus fundamento superadditus tunc fundamentum in sese mutaretur, sed mutatio in sese non fit sine motu, ergo si relatio esset modus, tunc in ea fieret motus, quod repugnat doctrinae Aristotelis.

Ideo sensit S. Thomas opusculo q. 3 tract. 3 c. 2 docens simili-
tudinem inter duo alba non esse aliquid distinctum ab albedine, sed tantum
esse albedinem ut se habet ad alteram albedinem tanquam ad terminum.
Et c. 49 dicit relationem differre a fundamento tanquam totum a parte.
Item ia 2dae q. 7 art. 2 ad 1mum docet aequale et inaequale denominari
non solum ab eo quod in eis, sed etiam ab eo quod exsecus adiacet. Vide Furtadum
d. 15 s. 2 ubi citat pro hac sententia SS. Anselmum Augustinum
Damascenum, et plures alios; addens paragrapho 8 eam tam clare
et S. Thomae, ut Caietano q. 5 doctore pro se citat, merito posset
obiici, ab eo non intelligi S. Thomam.
Probatur nunc gestio. Sic modus est superfluus, et sine illo recte
explicatur natura relationis, quod non debet asseri, quia (ut ait communis axioma)
entia non sunt multiplicanda sine necessitate. Imo ille modus
implicat, quod sic ostendo. Ista modi est ut tollat indifferentiam
alicuius: e.g. unio inter animam et corpus tollit utriusque indifferentiam
ad esse unitum. Productio angeli tollit indifferentiam Angeli ad exi-
stendum. Atque posita entitate albedinis A et albedinis B simul
existentis, implicat ut una non sit similis alteri, quod hae 2 albedi-
nes simul existentes non habent indifferentiam ad similitudinem, quod non
potest superaddi modus qui tollat indifferentiam.
Dices: duae albedines coexistentes sine modo relationis tantum sunt similes
fundamentaliter, per modum vero sunt similes formaliter; sicut Vrtle
antecedenter ad conceptum est unum fundamentaliter, per cognitionem 33
vero fit unum formaliter. Sed e.g. quia longe aliud est dicendum
de Vrtli quam de relatione: nam Vrtle debet esse unum in multis,
quae unitas est exsecta natura Vrtli, et ideo non potest dari unitas formalis
antecedenter ad conceptum, sed tantum fundamentalis, uti in Vrtlibus
explicuimus. At vero duo esse similia nihil est aliud, quam
quod existant simul, 2, quae sint eiusdem coloris, e.g. vel formae;
uti colligitur ex communi sensu, quia videntes duos nigros aethiopes
simul existentes, statim dicunt, eos in colore formaliter esse similes.

Porro quomodo 2 albedines habeant ad se invicem relationem, probabit ex paulo infra dicendis

SECTIO 8VA.

Argumenta quibus refutatur modus relationis.

34 Adducam pauca tantum, sed quae efficaciter ostendant implicare hunc modum relationis.

1mum Argumentum. Deus antecedenter ad actualem existentiam creaturae non coexistit creaturae, postquam prima creatura producta incepit coexistere illi creaturae. Quaero coexistit ne Deus per modum Deo in secundum? si asseris? quomodo facis Deum in secundum mutabilem, quod implicat, si negas? quomodo iam concedis quod detur relatio praedicatis coexistentiae, etsi non detur modus fundamento super additus. Sinutem in uno exemplo concedis cur non in aliis?

Dices: posita creaturâ hoc ipso iam efficitur illi quaenit coexistere Deo: at unam albedinem non efficitur esse similem alteri, quomodo non mirum cur relatio similitudinis sit modus, et non etiam relatio coexistentiae Dei et creaturae. Ergo evidenter.

Duae durationes eiusdem classis ex essentia sua coexistunt, quomodo relatio huius coexistentiae durationum non erit modus super additus fundamento. Nec 2 albedines simul existentes non habent indifferentiam ut sint similes; et sic de aliis. quomodo vel nunquam vel semper ponendus est modus.

Dices 2do. argumentum a Deo ad creaturas esse invalidum, aliaque legitime liceret sic argumentari: Deus vult et cognoscit res absque ulla in secundum mutatione sui: quomodo etiam creatura ita cognoscit.

Respondeo hanc instantiam nihil valere, quia omnium Theologorum consensu est imperceptibilis difficultas, quomodo Deus libere aliquid velit absque ulla in secundum mutatione sui: hoc Ergo nullus Theologorum

Dicit eo inpceptibile difficultate, quomodo explicet relatio coexi-
stentiae Dei et creaturae.
Porro omnes solent in quibusdam materiis argumentari à Deo ad crea-
turas. eg. productio qua Deus produxit lucem non recipit in Deo:
ex hac veritate deducunt philosophi quod actio agentis non re-
cipiatur in agente; videlicet quod productio caloris non recipiatur in igne,
productio lumini non recipiatur in sole &c.
Quotiescunque igitur Deo non convenit aliquid specialiter propter illius
infinitudinem adequate intrinsece, tunc licet à Deo argumentari
ad creaturas ob extrinsecam convenientiam, quam habent creaturae
cum Deo in quibusdam certis praedicatis, qualia sunt: eo causa esse
Dominum esse coexistente.

2dum argumentum. Ex hac sententia sequitur incredibilis entium
multiplicatio singulis momentis, quod sic ostendo. 35
singulis momentis fiunt plurimae mutationes in rerum uni-
verso, et consequenter plurimae res fiunt sibi invicem similes
vel dissimiles: ergo si in quacumque rerum dissimilitudine debet
produci novus modus relationis, per quem una res fit similis alteri
vel dissimilis, quanta erit huiusmodi modorum multiplicitas
et quam superflua? Deinde mutata una ubicati-
one unius creaturae, reliquae creaturae omnes fiunt magis vel
minus distantes, ergo praeter unam mutationem ubicationis debent
proprie innumeri modi produci, qui constituant relationem distantiae;
sed quaeso in quem finem haec tanta entium prodigalitas?
Respondeo per unum modum relationis possunt omnes terminos spectantes ad si-
militudinem vel quamcumque aliam relationem praedicabilem
referri ad se invicem: sic (inquiunt) per unum modum pater-
nitatis refertur Pater ad omnes Filios.
Ergo immo per per modum relationis refertur ad immediatum F, quia per ge-
nerationem acquirit respectum, quem prius non habuit: ergo cum nascitur
omnis 2dus Filius, per alium modum refertur ad 2dum, quia ad hunc
etiam nato immo non habuit respectum;

quod tot erunt modi relationis, quot sunt termini qui referuntur praedicamentaliter.

Ergo 2do Ponamus quod Petrus generet Paulum: et Deinde Joannem. hoc posito sic arguitur. Tu dicis relationem paternitatis esse adequate in secundo Petro; quod respectu 2di Filii debet resultare novus modus, per quem Petrus acquirat relationem ad 2dum F. probo sequelam. Si sing modus sufficeret, sequitur quod Petrus genito primo F. sit Paulo habeat iam omnia constitutiva respectu Joannis, et consequenter antequam nasceretur Joannes, Petrus iam poterit dicere pater Joannis. sed quis obscuro tam cavere quantam rei absurditatem non videat?

36 3tium argumentum. Denarius hominum et denarius Angelorum habent relationem aequalitatis quo ad numerum; atque haec relatio non potest exponi per modum, quod datur relatio praedicamentalis, quae non potest exponi per modum. Maiorem concedunt adversarii: minorem probatur. vel enim ille modus recipitur in singulis hominibus vel non. Si Dicis primum Ergo est, quia hoc modo concedis, quod unum accidens existat replicatum in decem subiectis, hoc est unicus modus, qui accidens existat in decem hominibus, quod naturaliter impossibile est. Si Dicis 2dum Ulterius te urgeo et quaero: si ille modus fit in uno homine ex illis decem, an ille homo fit Petrus, Paulus vel Joannes? nemine potes nominare pro alio, cum pro nullo detur ratio, quae non pugnet pro quovis alio; quod ille modus vel in nullo recipitur, vel in omnibus.

Forte respondebis illum modum ex una parte esse in uno homine, ex altera parte esse in alio homine. Ergo primo quod relatio aequalitatis erit aggregatum ex decem modis, et ens per accidens. Ergo 2do quod modo existant 10 modi in hominibus, et si tantum Angelus existeret, iam erunt decem homines aequales decem angelis, quia per Angelorum multiplicationem non multiplicantur modi, hi enim spectant ad fundamentum quod refertur. ad haec si multiplicatis terminis deberent

multiplicari modi, tunc in singulis hominibus illius denarij essent decem modi, quo in toto denario hominum essent centum modi: quod verum extremis est inconveniens. Alia argumenta vide apud cit. A. Nobis haec sufficiant.

Sectio Nona

Verior sententia de relatione praedicamentali./.

Priusquam aliquid decidamus, repetenda sunt breviter, quae in relatione partium disputavimus, et ponendum est discrimen inter constitutiva in secta, et conditiones, seu connotationes ex secta. Quo

Advertite primo per nomen totius intelligi rem, cui ad suum esse nihil deest. Ita Angelus est totum, quia Angelo in esse Angeli nihil deest. 37
pari modo anima in esse animae; materia in esse materiae nihil deest, et ideo anima est tota anima: materia est totum in esse materiae, hoc est est tota materia. Verum quia animae ad esse hominis deest corpus et unio, ideo anima ad est totus homo.

Advertite 2do per nomen partis intelligi conditionem, quae intrinsece constituat, vel possit constituere aliud. Et licet pars qua pars in actu 2do necessario in aliquo constituatur per aliam partem, tamen ad naturam totius non semper requiritur, ut physice compenetrantur ex partibus: nam Deus est totum, et tamen est ens simplicissimum, non constans physica compositione partium.

Advertite 3tio omnes partes simul sumptas, quaerti cum toto, seu, quod idem est, totum nihil esse aliud, quam omnia constitutiva in secta totius, quod ex Aristotelis brevissime sic ostenditur.
Si totum est aliquid aliud praeter in secta constitutiva totius, quo illud aliud est esse ex secum toti; sed implicat ut totum identificetur cum aliquo sibi extrinseco: quo totum nihil aliud est praeter omnia intrinseca totius constitutiva.

Notandum 4to id quod alibi probatum fuit posse sic recte explicari. Pars est id, quod solo sive realiter, sive per conceptum ablato, reliquis obiectis sive realiter, sive per conceptum manentibus, non manet totum tali nomine significatum. Unde

38 Colliges conditionem essentiam esse id, quod per conceptum ablato, reliquis per conceptum manentibus, adhuc manet totum. Declaro per exempla.

1mum. Homo non potest quidem esse sine omni loco, si tamen per conceptum fingamus existere omnia intrinseca constitutiva hominis praeter locum, adhuc vere existeret totus homo, quo locus tamen est conditio extrinseca hominis.

2dum. Mea cognitio non potest esse sine meo intellectu: quod si tamen per conceptum ponatur existere vitalis repraesentatio alicuius, et non existere intellectus, adhuc vere existet tota cognitio: quo intellectus non est pars cognitionis, sed tamen causa, seu conditio extrinseca late sumpta.

3tium. Visio coloris non potest esse sine colore: si tamen per conceptum ponatur vitalis imago coloris, et auferatur color, iam intelligitur posita visio coloris, quo color est extra conceptum visionis. alia exempla quivis sibi ipsi potest fingere. Solum hic

Notandum 5to nas illas solum connotationes dominare, quas aiunt connotatores esse extrinsecas toti denominationi: illas enim quaedam, quae quidem extra subiectum denominationis sunt, sed tamen intrinsece constituunt totam denominationem: e.g. cognitio muri est extra murum cognitum, et ideo non constituit murum: est tamen intrinseca toti huic denominationi esse cognitum; et ideo murum extrinsece connotat, denominationem vero cognitum intrinsece constituit. his notatis

Sub sectio Prima

decidit quaestio.

39 Dico. Relatio praedicamentalis a parte rei nihil est aliud quam fundamentum, terminus, utriusque coexistentia, et ratio fundandi. Ex quibus partibus fundamentum importatur in recto, reliquae in obliquo. Ita Hurtado Mendoza Arriaga Aversa Lugo S. Thomas opusculo 48 tract 3 c 3 Cuiendo hic para 3 n 13 et RR witer,

Ut docet cit. Ouiedo.

Explico gl̄iorem. Positis 2 albedinibus, et utriusque coexistentiâ, cæteris obiectis per geceptum ablatis, iam est posita similitudo, quia cætera ab his distincta non sunt pars. Et quando uno ex illis ablato, manentibus obiectis aliis, non dum est posita similitudo, quia simula enumerata sunt pars. Declaro rem in altero exemplo singulatim.

Petrus eg. generat Franciscum, et est fundamentum in relatione paternitatis. Finge iam solum Petrum auferri, utique omnia distincta à Petro manere, nunquid iam eo ipso erit sublata tota denotatio paternitatis? 40

Per generatio est ratio fundandi relationem paternitatis. Finge quod omnia distincta à generatione poni, et solam generationem auferri; iterum non intelliget eo posita paternitas. Petrus enim per generationem constituit Pater. Idem dic de filio, tanquam de termino: Item de coexistentia Petri et Francisci, quæ saltem in instanti generationis requirit: si enim Franciscus per nullo momento coexisteret Petro, nemo Petrum agnosceret pro patre. Quod si Petrus tantum poneret semen pro filio, et statim animationem factam moreretur, in rigore non diceretur Pater: et talis filius vocatur in iure Postumus. Dicitur tamen Pater in sensu minus rigoroso, et precise ideo, quia fuit causa inchoativa generationis. Pari ratione in rigore is non dicitur Pater, qui iam morte sublatus est: et propterea per mortem Patris dicitur Filius solutus patria potestate, et tamen in sensu ampliativo denotatur Filius. Ex his

Colligo, à parte rei et realiter relationem paternitatis nihil esse aliud, quam geceptibilitatem in recto, cum reliquis constitutivis in sese in obliquo. Objicitur 1mo. In summulis dictum est, quod connotativa dicant unum in recto, et alterum in obliquo: quod hic geceptus, quo fundamentum eg. geceptum in recto, et reliqua in obliquo, non est geceptus relativus, sed confunditur relatio cum termino connotativo. 40

Rx negando consequentiam et paritatem, secundum disparitatis dotem, relativa ita dicunt unum in obliquo, ut primario et principaliter exprimant aliquam rationem fundandi, hac est vel numerum

l actione l passione, l mensura, ad nego: commutativa etsi expri
mant rationem fundandi, id tamen faciunt 2do. Declarat. 2 albedines
sunt correlativae, quia principaliter exprimunt quaenientiam 2
colorum, et eorundem coexistentiam, uti gstat ex ipsa definitione simili
tudinis, quae est qualitas coexistens alteri prout habendi eadem praedicata
ubi videtur reduplicari quaenientiam aequalium praedicatorum, quae quae
nia est ratio fundandi similitudinem identificata cum utraque
albedine.

Jam vero tertius dulce primario non significat ullam rationem fundandi, vel
ullam coexistentiam: imo si dulcedo identificaretur cum vino, adhuc
vinum in omnium opinione diceret dulce: si a una albedo esset distincta
ab altera, hac ipso formaliter periret similitudo, quia similitudo ex effectu
suo gceptu dicit coexistentiam 2orum, nam una res a se indistincta sibi
ipsi non coexistit.

Objicies 2do. gceptibilitas nihil est reale: relatio tamen est gceptibilitas
ergo relatio nihil est reale.

42 Noto: 3plici modo dici aliquid gceptibile. primo per meram fictionem,
ut cum fingo ex identitate duorum naturarum gflari hyrocervum, quae
est fictitia gceptibilitas. 2do cum res gcipitur sicut meretur gcipi. ut cum
gcipio hominem esse animal rationale, et hic gceptus est gformis suo obiecto. nam bono
Cq est obiectum huius cognitionis, quia gcipio animal rationale) vere talis est
qualis cognoscitur esse. 3tio cum quod gcipitur analogice et simili
tudinarie, hoc est ita, ut non fingatur unum esse alterum, sed tamen gcipiatur
per modum alterius. ita Angelus gcipitur per modum iuvenis allati propter annallo,
gia quam habet velocitas Angeli cum Alis.

Pari ratione relatio praedicatalis potest gcipi per modum transcendentalis relati
onis, sive cum quadam analogia ad illam: ex. paternitas potest gcipi
per modum principii actuum. hoc notato

Re ad obiectionem cum distinctione. gceptibilitas nihil est reale, per
ut ens reale opponitur enti ficto nego Ma. nihil est reale per ut
ens reale opponitur enti extra gceptum existenti gcedo Maiore.
gcedo.

sed relatio est conceptibilitas ficta nego minorem, et ficta concedo minorem et nego consequentiam.

Itaque relatio in hac sensu est aliquid reale, eo quod vere et sine ulla fictione detur habitudo unius albedinis ad aliam, fundata in aliqua aedificatis rationibus fundandi.

Ex quomodo ratio fundandi relationem similitudinis differat ab ipsa relatione? Respondeo in hac differre, quod ratio fundandi dicat ea in recto, quae relatio dicit in obliquo. Sic ratio fundandi similitudinem antecedenter ad meum conceptum est utraque albedo in recto: sed albedo quatenus comparata, seu relata et similis connotat alteram in obliquo, est enim alteri albedini similis: et sub hac acceptione similitudo importat albedinem unam in obliquo. 43

Fateor interim relationem non esse accidens physicum sed tantum locum, quia explicat quod ordinem ad nostrum conceptum, absque eo quod intervenias relationes detur realis et physicus nexus: quod mirum videri non debet, cum relatio precise explicetur in ordine ad nostram considerationem, et comparationem, in qua termini sunt quidem logice connexi, et qua relati, sed non realiter. 44.

Dices: conceptum obliqui et recti non facere ut dicatur res concipi relative et absolute, sed facere precise ut dicantur diverso modo cogniti: sic una res potest cognosci cognitione naturali et supernaturali, quae modi sunt diversi, non tamen idcirco sunt conceptus relativi.

Respondeo non quamvis diversitatem conceptuum sufficere ad relationes, sed requiri diversitatem formalem, quod brevissime sic explico.

Diversitas naturalis conceptuum est, quando 2 conceptus tantum sunt diversi ordinis: tales sunt cognitio naturalis et cognitio supernaturalis, licet per utramque cognitionem obiectum aequaliter repraesentetur, et ~~obiectum~~ intellectus in ordine ad iudicandum de obiecto aequaliter illustretur. 45

Diversitas formalis conceptuum est sita in ipso modo repraesentandi, ita ut intellectus per unum modum repraesentandi magis illustretur quam per alterum et ut determinetur ad formanda diversa iudicia: et talis diversitas est inter conceptum recti et obliqui. Unde ad Argumentum respondeo conceptum recti importare diversitatem formalem, sed supernaturalem cognitionis a cognitione naturali aeque clare eiusdem obiecti differre tamen naturaliter, et ideo non sufficere ad hoc ut dicatur relativa.

SVBSECTIO 2da

solvuntur aliquae obiectiones.

46 Obijcit 3tio Relatio dicit esse ens per se, atque si consisteret in fundamento termino, coexistentia, et ratione fundandi, non esset ens per se; ergo in illis non consistit.

Rx distinguendo M. dicit esse ens per se hoc est ens unum unitate logica, C. Maior, unitate physica N. Maiorem, et dist: minorem; si consisteret in praedictis partibus tunc relatio non esset unum ens unitate physica C. m. non esset unum unitate logica nego minorem et nego consequentiam. sic etiam numerus ponitur in praedicamentis, licet tamen habeat unitatem logicam.

Obijcit 4to cum dico petrus est sensus est: petrus est habens paternitatem. in qua propositione ex parte praedicati tota paternitas in obliquo; ergo omnes partes paternitatis importantur in obliquo: sed fundamentum est pars paternitatis, ergo etiam fundamentum importatur in obliquo, quod est ergo supra dicta.

47 Rx 1mo tunc terminus abstractus PATERNITAS importare easdem partes quas importat illius geretur PATER, et sicut P non adequate secundum omnes partes potest praedicari de petro, ita etiam paternitatem non potest adequate, et 2dum omnes partes praedicari de petro: igitur paternitas 2dum unam partem identificatur cum petro, hoc est 2dum fundamentum, ut sensus sit ipse: petrus est habens coexistentiam cum Joanne a se genito.

Rx 2do per hoc quod aliquis terminus abstractus importet totum in obliquo, non sequitur quod idem ille terminus non possit in bono sensu totum etiam importari in recto. sic geretur Deus de suo obliquo potest affirmari explicite dicendo: Deus est habens Deitatem. et: Deus est Deitas: sic recte dicis: ratio est habens ratitatem. item recte dicis. ratio est ratitas. pari ratione recte dicitur petrus est habens paternitatem et: petrus est paternitas: sed non est sensus, quod petrus sit adequate paternitas, hoc est omne id quod involvit paternitas, alioquin petrus esset fundamentum paternitatis, et terminus, et coexistentia utriusque, et ratio fundandi:

quod utique falsum est. itaque à primo ad ultimum paternitas inadequate
hoc est 2dum partes coexistentiae et rationis fundandi importat in obliquo
et inadequate. hoc est ratione solius fundamenti importat in recto.

Objicit 5to Vinculum seu nexus sive datur inter duo extrema distincta
à suo vinculo: sed relatio est vinculum inter duo extrema, ergo est ab iis
distincta.

Rx 1mo Vinculum proprie dictum datur inter extrema distincta. transeat
M. vinculum improprie dictum et logicum negatur M et distinguitur mi relatio
est vinculum logicum, C mi physicum N minorem et N consequentiam. sed
quidquid sit de hoc. Rx 2do et Vrliter negando absolute
Maiorem. nam productio Angeli est vinculum, se ipsam nectens et uniens
cum Angelo. Item subsistentia unit naturam per se ipsam, et non per vinculum
distinctum: ergo falsum est quod vinculum debeat ab utroque extremo esse distinctum.

Objicit 6 Relatio est ratio cur fundamentum referatur ad terminum, ergo etiam
relatio debet referri: ergo debet à termino distingui, quia nihil refertur ad se ipsum.

Rx negando 1mam consequentiam et do instantias. 1ma productio est ratio
causandi, seu producendi effectum, et tamen ipsa non est causa effectus.
2da instantia. cognitio est ratio formalis cognoscendi, et tamen illa non denotat
cognoscens, nec cognita. vel etiam distingui potest consequens: relatio
debet referri ut quo quaedam, debet referri ut quod, negatur: sicut productio
rei dicitur causare ut quo sive dicitur esse id, quo causa producit effectum.

Objicit 7tino paternitas in divinis adequate identificatur cum patre:
ergo paternitas dum in humanis identificabitur adequate cum entitate patris.
Nego consequentiam et paritatem. Disparitatem dant Theologi,
quia sicut in divinis actualis generatio est ipsum esse patris adeoque tò
posse generare, et: tò actu generare in divinis non sunt diversa.
in humanis autem vel maxime sunt diversa, ergo non est paritas.
Item: in divinis esse filium et esse genitum sunt idem: non item in hu-
manis: nam petrus mortuo patre adhuc proprie denotat genitus, non
ita proprie denotat filius. Caeterum valde probabile est, quasdam
relationes in divinis esse reales et proprie dictas, atque ac in creatis:
tales relationes sunt sequentes: esse Dnum esse dissimilem. coexistere creaturis.

Et quidem has relationes poni possunt in eodem praedicamento relationis, in quo ponuntur relationes creatae, affirmant Hurtadus et Arra vel aliis pluribus, nec videtur arguere ullum inconveniens.

Denique objici potest, quod relatio respectu fundamenti sit accidens, et consequenter aliquid fundamento superadditum. Respondeo esse tantum accidens logicum non physicum: sicut enim duae durationes faciunt binarium, non requiritur quod aliud distinctum a duabus durationibus: sed tantum superaddit illis denominationem binarii, quae est denominatio logica orta ex sola coexistentia duarum unitatum.

SECTIO DECIMA

Expediuntur quaedam dubia circa hanc materiam.

48 Dubitatur primo an relatio praedicamentalis requirat terminum actu existentem? Respondeo affirmative, si quidem relatio sumatur secundum totum id, quod dicit intrinsece. Ratio est, quia totum non datur adequate, si de est una pars: atque terminus est una pars relationis, ergo relatio adequate non datur sine existentia termini. Et ideo Paulus defuncto patre tantum amplective et improprie vocatur filius, uti prius est dictum.

Dubitatur 2do an relatio praedicamentalis terminetur ad aliquid absolutum? an vero ad aliquid relativum? e.g. an relatio paternitatis terminetur ad entitatem filii, quae est absoluta, vel ad filiationem, quae est relativa? Respondeo Scotus, Suarez, Vasquez, Aversa, Hurtadus et RR alii, quod terminetur ad absolutum, sive quod fundamentum referatur ad terminum quatenus est entitas absoluta. Probatur. Relatio nectit duo entia absoluta inter se per nexum logicum, ergo fundamentum refertur ad terminum ut ad ens absolutum: nam si entitas patris referetur ad filiationem qua talem, tunc entitas patris referetur ad se, nam filiatio qua talis constituitur per entitatem patris tanquam per partem in esse constitutivam, ergo si fundamentum, hoc est entitas patris referetur ad filiationem qua talem, deberet referri ad se ipsam.

Confirmatur tam paternitas, quam filiatio simul natura et cognitione resultant ex positione hominis geniti, ergo pater non potest terminari ad filiationem qua tale: nam filiatio qua tenus est trinus est prior quam paternitas [illegible] resultat ex positione trini: deinde ex altera parte paternitas est trinus filiationis qua talis, nam filiatio qua talis refertur ad enditatem patris: ergo paternitas est prior filiatione, et sic filiatio ac paternitas ad se invicem haberent mutuam prioritatem. Quare ut hoc incommodum vitetur, dicendum est relationem terminari ad aliquid absolutum. 49

Dubitatur 3tio an similitudo duarum albedinum possit dici similis similitudini duarum nigredinum? Rx affirmative.

Nam in utraque similitudine sic adequate distinguerentur trinus à fundamento. Declaro. Enditas duarum albedinum est utique fundamentum adequate diversum ab enditate duarum nigredinum, et [illegible] Enditas 2 nigredinum est fundamentum adequate distinctum ab enditate 2 albedinum. Neque hoc modo procedit in infinitum, ergo non replicat ut duae relationes extraneae, et à se mutuo adequate distinctae fundent novam relationem.

Alia quaestio est an similitudo albedinis A ad albedinem B possit esse similis similitudini albedinis B ad albedinem A. et Rx negative. Ratio negandi est, quia fundamentum debet esse adequate distinctum à termino: atque hoc modo fundamentum non est adequate distinctum à termino, ergo. Probo minorem. 50

Tota similitudo albedinis A ad albedinem B includit albedinem B velut partem, ergo si haec tota refertur, tota erit fundamentum, et consequenter albedo A et albedo B erunt fundamentum. Porro si tota similitudo albedinis B ad albedinem A refertur per novam relationem, debebit albedo A esse trinus. Eae albedo [illegible] cadit in fundamentum et trinus, ergo fundamentum non distinguerentur à termino. Tota difficultas consistit in hoc, quod tam similitudo albedinis A ad albedinem B quam albedinis B ad albedinem A includat utramque enditatem albedinis, ergo necessario sequitur fundamentum non distingui adequate à termino, ut facile potest recurrentibus [illegible] deponi.

Haec de relatione disputata sufficiant: aggrediamur ea, quae ad 2dam mentis operationem pertinent.

DISPVTATIO III

DE PERTINENTIBVS AD 2dam mentis operationem.

Enuntiatio, quae est actus intellectus immediate iudicativus, est principium interpretationis nostrae mentis, de qua agit Aristoteles in libris Peri hermenias hoc est de interpretatione: sed quia enuntiatio constat vocibus, per quas velut per signa solemus conceptus mentis nostrae explicare, ideo huic disputationi praemittitur brevis explicatio signorum.

Quaestio ima

De signis.

SECTIO PRIMA.

De signo in genere.

1. Signum in genere est quod dicens in recto rem, quae denotatur signum; in obliquo vero formam, hoc est potentiam, per quam in ratione signi constituitur: ergo haedera est signum Veni vendibilis, quia per illam cognitam Venus in cognitione veni vendibilis. haedera ergo importat in recto, et potentia illa, cui repraesentatur, importat in obliquo.

2. Definitur signum in genere omnium expeditissime sic.

Est id, quod tanquam medium formale vel obiectivum ducit in cognitionem alicuius. Declaro.

1. Signum in genere quod importans in recto rem, in obliquo formam.

2. Eius definitio.

Per medium fieri intelligitur aliquid intellectuale, quod cognoscitur obiectum, et ille aliquid vocatur fieri imago et repraesentatio obiecti. quod est medium fiere?

Per medium obiectivum intelligitur id, quod ipsam cognitionem ducit in cognitione alicuius. Ad hoc vero, quando cognoscitur, ducit in cognitione Viri mediantibus in illis aliquibus, ante quam fores ostiat, ergo medium obiectivum: cognitio vero hoc ipsum medium fieri dicens in notitia cuiusdam viri mediantibus. Unde quod est obiectivum.

Colligo 1mo ritra, speculum, aqua, in quibus repraesentantur obiecta, dicuntur signa, quia non sunt media obiectiva quae ut cognita ducunt in cognitione alicuius, speculum ergo non est prius cognosci ut repraesentet aliquid obiectum. Quinde speculum non repraesentat aliquid obiectum, sed non caaliter: ad vero ad rationem signi requiritur repraesentatio obiectiva vel fieri. Ratione caaliter, quia non obtinet repraesentatio repraesentatio et obiectiva. Vatra, speculum sunt signa, quia non sunt signa.

Colligo 2do species impressas (quae dicuntur imagines virtualiter obiectiva) quae gerunt caaliter sine efficienter ad cognitionem obiecti, non sunt signa. Ratio est quia quae prior: quia facit non sunt media fieri, non sunt signa. nec obiectiva.

Colligo 3tio personas scenicas, quae in theatro agit regis, civis, militis vel rustici, non sunt signum regis vel civis vel rustici, quae repraesentat. exhibitus regis? Ad vero ipse comedus, quia comedia exhibet, non participat rationem signi illius, ipse signi, quia non directe repraesentat, non obiective vel fieri. comedus non.

Colligo 4to Ex definione signi in communi ut deduci potest alia ratio signi et signati realiter idem sunt. Et ex definione illa non bene idem infert de signo fieri: et non signum in specie, cum peculiarem definitionem habere aliquid, ubi quod illi hoc: illi repugnat, ut paulo post videbimus. Per hanc sequitur illa non bona: omne signum repraesentat aliquid obiective vel fieri; ergo in omni signo sufficit ut illud aliquid realiter identificatur: non est realiter repraesentatio alicuius. signatum realiter identificatur et signum. Ratione signi, bona ad hoc signum non est ratio finis est.

Colligo 5to ultimo privationes et negationes non sunt signa. ex absentia peccati, calorum, in fabricantur Ducit medium in cognitione familiari, temperandae. privatio et negatio sunt signa.

SECTIO 2da

de signo stricte et instrumentali.

Definitio signi formalis.

Communis et bona definitio signi stricti est hæc. Quod ipsum quod in cognitione est ratio stricta immediata cognoscendi aliud. ex mea cognitione quam cognosco habemus, est signum stricte, quia ipsa cognitio in cognitione est ratio stricta, quæ cognoscendi immediate Deum in notitia alterius rei. quod alij verbis et clarius prout Pellez, dicunt quod signum stricte sit imago rei, quæ potentiæ cognoscitivæ ostendit, in cognitione, Deum non in cognitione rei.

clarior ejusdem definitio.

Per imaginem hic intelligi et representatio stricta et mentalis, ut excludant species impressa, quæ non sunt imagines aliquid virtualiter et Deum aliter repræsentant aliquem. hæc quo coi definitione supposita

5 nulla res potest esse signum stricte sui ipsius.

Dico 5ta nulla res potest esse signum stricte sui ipsius. Patet Deus et Christus et quæcumque alia res. Probatur. Hæc deductio ipsa plicat intrinsecum ut aliquid sine cognitione sui ducat in cognitionem sui et hæc definitio signi stricti, stricti ut ipsum in cognitione ducat in cognitione alicujus quod implicat ut aliquid sit signum stricte sui ipsius.

signum stricte sui ipsius.

Et Deus in cognitione alterius, ita Deus ducit in cognitionem sui. Et signum stricte cognitione alterius, quo Deum ducit in cognitione sui, et ducit in se ipsum. quod a primo ad ultimum supposita cui definitione non potest esse signum stricte sui ipsius.

6 definitio signi instrumentalis.

Signum instrumentale coitus sic definitur. Quod ipsum cognitum est ratio cognoscendi aliud. eg. sunt cognitiones ducunt in cognitionem ignis. Sacramenta nova Legis sunt signa gratiæ sanctificantis, habent rationem signi ut verificabilis: ut signum Legis impressum nimis est signum sibi circumvinctum Legis. De hoc signo instrumentali quæritur, imo an debeat sic realiter distingui a re significata

signum et res significata debent esse realiter distinguendæ.

Et negatur. Pro cujus. Ratio. Christus et Sancta. et coion. Probat. a cognoscibilitate potentiæ Dei, ut ducit in cognitione notitiæ voluntatis Dei, et Deus Voluntas, ac omnipotentia non differunt realiter. Ad coion hodie sententia docet intellectum et Voluntatem hominis non distinguunt realiter. hac supposita, si ego cognosco meam Voluntatem, tunc in cognitione meæ Voluntatis

alibi.

Sectio 2da de signo formali et instrumentali.

Venit in cognitione nei intellectus quia voluntas est potentia alia nulla quod cognoscit, et voluntas est dah sine intellectu, quo ex cognita voluntate venit in notitiam intellectus, quod differt realiter à voluntate, ut suo loco probabitur.

Objicit. Signum est ducere in cognitionem alterius: sed hoc non est ducere in cognitionem alterius, nec quia realiter fundit de ea id quod est aliud et aliud, quo id dah signum sui ipsius.

Ad 2da obiectio.

Re distinguendo Maiorem. Signum est ducere in cognitionem alterius, hoc est illud alterum fit formaliter aliud, et tunc potest dicitur aliud à signo, sed hoc est signum stricte quodlibet Mai: quod fit realiter aliud à signo nego Mai: ad minorem Dico, ducere in cognitionem hoc est, quia formaliter è distincta à signo, alterius, non realiter realiter.

Quaeres 2do an signum et significatum debeant saltem formaliter differre, et se habere tanquam genus? Re affirmative. Ratio è, quia signum est id ex eo quod alterum cognoscendi aliud: sed id quod formaliter è idem cum signo, nullo modo è ratio et rae. cognoscendi aliud, quo requirit saltem distinctio formaliter.

Objicit. panis in Eucharistia ipsum exposito nullo modo à se ipso differt, et tamen è signum sui. Re id ex signum sui quo modo aliquo accepti sed ex signum sui ut mentaliter. Ecce! signum expositum in Eucharistia ipsum quodlibet signum è inclusivè mentaliter dictum, quia id adequate et formaliter identificatur cum pane, non ita panis ampliatur, et in mensa Logicali appositum ampliatur è mentaliter.

2da obiectio

Q. 3tio quomodo signum debeat distingui à potentia, cuius est significata? Re id requiritur aliqua distinctio, ne quidem formaliter. Ita Lugo in mam fere: pro. ponens quod nec ana cognoscat se ipsam ut operativam? in hac casu ana cognita esset quod quia venit in cognitione operationis distinguitur ana, quae sunt distinctae realiter ab ana. Ecce! Vera dicit signum in genere formaliter quod mentaliter gerendi ana respectu operationis, quae elicit quo ana è signum, et dicitur à potentia, cui ana è potentia quarum operationum, et à se ipsa nec formaliter distincta, nec significata quo potentia et signum hic ne formaliter quidem sunt distincta.

Objicit. Inter potentiam et significatum, signum è medium, quo signum distinguitur ab utraque: Re ad distinctionem: si formo fit de signo corporeo et naturali, et sensu et ego ant et ego experientia. Deinde in potentia exemplo et ut manifestetur explicari quomodo signum medium, in nuncupatione sumptum fit medium inter potentiam et inter significata.

Figura in Ident

157 D. 3. q. 1. de signis. s. 3. colligunt quædam corollaria.

Nam si accipitur signum specificative, tunc tantum sonitus pro re, quæ dicatur signum, ex. pro anima, quæ in nostro exemplo est signum, et importatur in recto. Quod si vero signum sumatur reduplicative, tunc in obliquo ad hoc importat formam, eamque exprimit, scilicet cognitionem, quæ est medium inter animam, et alia significata per animam.

Urgebis. Eadem anima habens rationem potentiæ, simul etiam habet rationem obiecti: sed ratio obiecti, et ratio potentiæ distinguuntur, ergo in nostro casu ad hoc dabitur distinctio inter potentiam et signum.

Resp. rationem potentiæ ut sic, differre semper à ratione obiecti ut sic: sed non omne singulare potentiam distingui semper ab obiecto. Et cum contingere ut eadem res sub eadem prorsus consideratione se ipsam attingat: ex. meus intellectus cognoscit se ipsum sub ratione potentiæ. In quo exemplo videlicet ipsam rationem potentiæ habere rationem obiecti. Ita etiam sacramenta novæ legis, tenent formaliter simul rationem causæ et rationem signi: nihil omnino tamen ratio causæ ut sic distinguitur à ratione signi in communi.

SECTIO 3tia

Ex dictis colliguntur quædam corollaria.

10 Corollarium 1mum potentia cognoscitiva non est signum obiecti, quod cognoscit. quia nec formaliter nec obiective ducit cognoscentem in cognitionem alterius, sed tantum effective, et causaliter, quod ad rationem signi non sufficit.

Corollarium 2dum. Eadem potentia reflexe cognita, quatenus continet in sua virtute operationes et actus, ad quos producendos dicit respectum sive ordinem, vere est medium obiectivum cognoscendi aliud, scilicet actus producibiles: et sub hac acceptione potentia participat rationem signi. Sive pertinent omnes causæ, per quarum claram cognitionem venitur in cognitionem effectuum, quas illæ causæ continent, et ad quos dicunt transcendentalem respectum.

Corollarium 3tium Causæ physicæ et necessariæ quandoque habent connexionem cum effectu ut futuro; id circo si taliter cum futuritione effectus connexæ cognoscerentur causæ, essent cognoscendi signum instrumentale respectu effectus futuri, in cuius cognitionem ducunt.

§. 4 quid sit signum ad placitum et naturale?

Sic Gallicinium et signum venturi diluculi,

Corollarium 4ta Causa libera ut libera etsi in sua virtute pertineat actus futuros, quos aliquando producet, tamen ut libera non potest habere rationem signi respectu actuum futurorum. Ratio est, quia causa libera non nectitur determinate cum futuritione huius effectus potius quam cum futuritione alterius effectus: ergo mea voluntas libera non potius nectitur cum futuritione amoris, quam nectatur cum futuritione odii: nam quatenus libera est tam est indifferens ad odium, quam ad amorem; quo in nutrius futuritionis cognitione determinate ducit, quia cum neutra est determinate connexa. Unde colliges astra et constellationes in rigore non esse signa futuri belli, ut imaginantur sibi quidam Astrologi: bellum enim pendet ex libertate principum, quae libertas non determinate nexa est cum cursu siderum.

Corollarium 5tum cognitio muri reflexe cognita est diverso respectu signum muri formale et instrumentale. Formale quidem, quatenus per illam non cognita directe cognoscitur murus instrumentale, quatenus prius cognita ducit in cognitionem muri. Plura corollaria quis speculationis amans deducere potest: haec sufficiant.

SECTIO 4TA.

Quid sit signum ad placitum et naturale.

Signum naturale est, quod ex se, et independenter a voluntate hominum ducit in cognitionem alterius. Ita fumus quia in secum et naturalem connexionem habet cum igne, dicitur signum naturale ignis. Unde colliges omne signum formale pertinere ad signum naturale. ita Aristoteles 2 in 13 logica subsecti 2 n 10 et 1 cons. 11

Signum ad placitum (quod etiam signum artificiale, seu ex instituto vocatur) est quod libera hominum voluntate ducit in cognitionem alterius. Talia signa sunt voces, de quibus infra agemus. Ita hoedera respectu vini vendibilis: nam hoedera non habet naturalem in secum nexum cum vino vendibili, sed ex sola hominum ~~hominum~~ institutione accepit talem vim significandi. 12

Ex an praeter signum naturale et ad placitum, detur ad huc aliud signum ab utroque adequate distinctum? 13

Affirmat pa Tellez, et ait, signum ex consuetudine distingui à signo naturali et ad placitum: pro exemplo assignat mappam, quâ ante comestionem mensa sternitur, et hanc instructionem mensae vult esse signum ex consuetudine prandij vel coenae secuturae.

Contra tamen et verior sententia docet signum ex consuetudine non distingui à signo ad placitum: cum qua.

14 Dico, omne signum ex consuetudine esse signum ad placitum. probo. Omne signum debet habere connexionem cum re significata vel naturalem et intrinsecam, vel ab arbitraria hominum voluntate desumptam, seu extrinsecam: atque signum ex consuetudine non nectitur intrinsece cum re significata, ergo nectitur tamen extrinsece, et dependenter ab hominum voluntate: hoc autem est esse signum ad placitum; ergo omne signum ex consuetudine est signum ad placitum.

Objicitur. Cum sternitur mensa significatur secutura comestio, atque talis instructio mensae nec est signum naturale nec ad placitum, ergo erit signum ex consuetudine.

Resp. negando minorem et Dico esse signum ad placitum: causa enim cur ante coenam vel prandium sternatur mensa, est consuetudo à libera hominum voluntate introducta quae consuetudo radicaliter pendet ab arbitrio hominum volentium mensam sterni per munditiam, cum tamen aeque potuissent prandere vel coenare sine mappa. quis enim hoc neget? ergo instructio mensae etsi sit signum ex consuetudine, non eo ipso definit esse signum ad placitum et ex instituto.

15 Resp. ex mensa strata etiam respectu canis sit signum, quod visa mappa incipit tripudiare propter reliquias ciborum, quas in prandio solet addipisci? Resp. non esse signum respectu canis. probo vel enim esset signum naturale: et hoc falsum est, mappa enim non habet intrinsecam connexionem cum secutura comestione vel esset signum ad placitum: et hoc ~~[illegible]~~ item falsum est; nam ut mappa alicui sit signum ~~ad signum~~ ad placitum secuturi prandij vel coenae, debet is qui visa mapa venit in cognitionem coenae vel prandij, scire quod homines

in hunc finem sternunt mensam, ut cum munditiâ cœnent vel prandiant, quod longe excedit phantasiam canis, qui non potest operari ex motivo per discursum aliquem, qui modo operandi requirit cum illam potentiam, cui res aliqua potest esse signum.

Dices: cur ergo canis visa mappâ lætatur et gessit?
Respondeo quia canis per longam experientiam scit quod sileat pasci tempore prandij vel cœnæ quando sternitur mensa, et ideo in phantasia sive in imaginatione canis sunt species et imagines eiusmodi refectionis, quæ imagines excidantur per instructionem mensæ, et revocant in memoriam secuturam cibationem: hæc autem solum non sufficit ad rationem signi: Declaro responsionem in exemplo.

Puer aliquis, qui in scholis nescit lectionem græcari, cedit, et ideo viso græcaro recordatur cæsionis, et tamen græcarum non est signum cæsionis. Cur? quia viso libro græco precise excitantur species, per quas redit memoria cæsionis: atque hæc non sufficit ad rationem signi, sed insuper requirit, ut signum sit motivum vel medium in quo aliud cognoscatur: atque hic modus cognoscendi longe perfectior est, quam ut conveniat bruto; brutum enim tantum cognoscit phantasiæ, sine ullo discursu, ergo respectu bruti non datur signum ad placitum.

Objici potest 2do Quidam canis ita comitantur suos Dominos, ut quisquis sciens viso cane, veniat in cognitionem secuturi Domini: atque canis non est signum naturale, nec ad placitum, ergo erit signum ex consuetudine: consequenter signum ex consuetudine erit distinctum à signo naturali, et à signo ad placitum.

Respondeo negando minorem et dico canem esse signum naturale. nam canis, eo quod a Domino suo alatur acquirit naturalem propensionem ad Dominum, et ex ipsius naturæ instinctu libenter adhæret illi, à quo beneficia accipit. Sterca illi qui sciunt canem à Domino pasci, et consequenter canem habere naturalem propensionem ad Dominum, recte sic discurrunt. Dicet canis sempronij, quem sempronius alit, quia quia sempronium naturalem propensionem habet, ergo valde probabiliter non longe aberit Sempronius.

16 Dixi cone respectu illius hominis esse signum naturale, quod sit cum a Deo ali et nam veteris hominibus, qui id nesciunt, non dicitur esse signum, hoc in nullo repugnat naturae signi naturalis, quod ostendo in exemplis.
Galli cantus est signum auroræ illis, qui per experientiam vel per traditionem habent, quod post galli cantum diluculet, et quod haec avis paulo ante ortum solis cantare soleat: interim illis, qui stertunt donec clarus meridies fenestras intret non erit signum ob defectum experientiae.
Item quia nullus vidit fumum ex igne is viso fumo non venit in cognitionem ignis: sed postquam didicit vel expertus est quod ignis fumet, naturaliter venit ex viso fumo in cognitionem ignis.
Pari ratione infans qui nescit ignem urere, dum incaute illum attrectat, amburit manum; is vero qui per experientiam didicit ignem gignere in se virtutem urendi, is viso igne venit in cognitionem caloris. Igitur oportet praecognoscere circumstantias, per quas signum independenter ab arbitrio hominum et ex natura sua nectitur cum re significata.

SECTIO QUINTA
quaesit forma denominans signum

Quaestio haec procedit de signo ad placitum, nam de signo naturali non est tanta difficultas.
Dubitatur quo hic, quaenam sit ratio vel forma denominans signum, et unde signum accipiat vim significativam: nam ex una parte certum est, hanc formam non esse intrinsecam connexionem cum re significata: alioquin signum ad placitum confunderetur cum signo naturali. Ex altera vero parte non clare apparet, unde nam illa vis significandi desumatur. Omissis duabus improbabilibus sententiis quas refert, et revellit Arriaga d. 13 s. 1 subs. 4.

17 Dico forma, quae haeredem extrinsece denominat significativam, esse voluntatem instituentium non retractatam, sed moralitatem perseverantem.
Ita Hurtado Lugo Arriaga loco cit. Oviedo et alii RR. Explico. Christus instituit sacramenta novae legis, quae sint connexa cum gratia, sanctificante: hinc voluntas Christi dat sacramentis vim significandi

gratiam sanctificantem, et hanc vim significativam tam diu retinent
sacramenta, quam diu Christus voluntatem suam non retractat: et ideo
voluntas Christi dicitur moraliter perseverare tam diu, quam diu illa a
Christo non revocatur. Ita peccatum commissum dicitur in peccatore
tam diu perseverare, et manere moraliter, quam diu voluntatem peccandi,
aut ipsum actum peccaminosum non detestatur aut revocat per actum gratiae,
uti explicant Theologi. Pari modo haedera tam diu manet
signum vini vendibilis, quam diu manet moraliter voluntas insti-
tuentium, quae tam diu perseverat, quam diu non retractatur.

Pro gelasione. Posita voluntate principis habentis potestatem
aliquid instituendi, item posita acceptatione subditorum non revocata, 18
iam intelligitur positum signum actu significativum, quantum est de ratione
signi: quo voluntas instituentis non revocata, et consensus subditorum
sunt fere extrinseca signi ad placitum.
Ergo si sola voluntas principis deesset, vel si ea retractaretur, eo
ipso non poneretur, vel non permaneret ratio significandi, ut consideranti patet.
nam sicut princeps potest per suam voluntatem abrogare valorem monetae,
ita potest abrogare rationem significandi per retractationem seu revo-
cationem suae voluntatis, per quam voluntatem instituit signum.

Ex cur addiderim has voces acceptatione subditorum. 19
Rex me ideo addidisse, quia leges humanae a principe latae communiter
non obligant, nisi promulgentur et acceptentur a subditis, subditi
enim possunt quandoque propter legitimas et urgentes causas contra voluntatem
principis reclamare. Ita Canon concilii tridentini,
in quo invalidantur matrimonia clandestina, non habet vim in gallia,
quia ibi concilium non est acceptatum quoad hunc canonem.
Unde si ob certas rationes tu et nunc ad voluntatem principis non accederet
consensus subditorum, tunc non poneretur signum in ratione signi, nec a sola
voluntate principis acquireret vim significandi.
Quod si vero potestas instituentis non pendeat ab acceptatione et consensu
subditorum, tunc utique clarum est, sufficere solam voluntatem instituentis
non retractatam.

Talis est potestas Dei, qui independenter à Voluntate hominum potuit
iridem instituere pro signo nunquam amplius futuri diluvii Vrtis:
Tales enim est potestas Christi instituentis sacramenta novae legis.

20 Objicit. Ex hac sententia sequitur Voluntatem principis, qua instituit signum
velle reflexe se ipsam, quod plane absurdum est. Pro sequela.
Voluntas principis vult hederam eq. esse signum vini vendibilis.
Ecce Voluntas principis vult signum, ergo vult causa illa per quae constituit
illud signum: atque signum constituit per hanc ipsam Volitionem principis,
tanquam per formam, à qua denominatur: ergo haec Volitio vult se ipsam.
Rx Cum Arriaga negando sequelam. ad probationem dico Voluntatem
principis instituentis signum non velle significationem signi in
actu primo, sed in actu 2do. Explico
Significatio hederae in actu primo constituitur per Voluntatem principis,
et ideo princeps non vult significationem signi in actu primo, dum instituit
signum, cur enim hanc velint? cum tamen nulla urgeat necessitas
ad eam volendam: itaque praecise vult connexionem hederae ante
fores appensae cum intentione vendendi vinum: seu quod idem est, vult
ut illi per volunt vinum vendere, ante foras appendant hedera,
quae est significatio in actu 2do, et nullo modo involuit ipsam Volitionem
instituentis, licet haec Voluntas tribuat hederae vim significandi

21 Sic quaevis alia cognitio tribuit intellectui rationem formalem intelligendi, licet
se ipsam non cognoscat. Videantur Arriaga loco cit. et Oviedo in hac materia.
Dices visa hedera venio in cognitionem vini vendibilis et si Voluntas
instituentis non amplius existat, ergo illa Voluntas in ordine ad actualem
significationem signi nihil efficit.
Rx Voluntatem instituentis adhuc existere moraliter quatenus scilicet
non est revocata et ideo gerere moraliter ad actualem significationem
proinde ac si physice existeret. Ita mandatum Caesaris semel
promulgatum de praestanda homagio movet subditos ad obediendum
quamvis illud mandatum non sit de novo iteretur, nam satis est quod semel
sit indefamatum, et non constet de illius revocatione: hinc mandatum
semel latum, et non amplius rescissum dicitur moraliter gerere
ad actum obedientiae quo se subditi subjiciunt Caesari,
parendo illius Voluntatis.

Objicitur 2do quod nescit ~~cog~~ connexionem signi cum re significata, is visio signo 22
non venit in cognitionem rei significatae, quod dicit cognosci connexio signi cum sig-
nato: sed haec connexio provenit à voluntate principis, quod in quovis signo dicit
cognosci volitio principis. Rx per maiore, et minore claritate
cognitionis illius, qua cognoscitur signum, etiam magis est singulare attingi
volitionem instituentis, plerumque tamen illam connexionem attingi tamen confuse,
quod sufficit, ut quis cognito signo deveniat in notitiam rei significatae.
Nec absurdum est hoc modo confuse cognosci volitionem ~~principis~~ instituentis
abiis qui cognito signo cognoscunt rem significatam. Sic pueri qui discunt
primum loqui, dum audiunt à patre vocem panis percipiunt patrem velle
per eam vocem significare panem, atque ita obscure apprehendunt volitionem
parentis. Videatur hic Arriaga loco cit. Hinc
Colliges actualem significationem signi generare in ipsa cognitione
et perceptione, qua res per signum significata, non quodcunque percipitur, sed
vi illius signi quod ducit in cognitionem alterius.

SECTIO 6ta.

De significatione vocum.

Suppono hic indubitate cum communi et certa sententia voces non habere
naturalem et intrinsecum nexum cum re significata, sed esse signum ad placidum. 23
quae sententia Arriaga tam invalibilis videtur, ut gratia vocum stultam et
absurdam opinionem, ac iure id videtur. Nam vox Deus ex natura sua
tam parum connectitur cum Deitate significata, quam cum illa nectatur vox
Goliat et golgita: quando quod erit signum naturale respectu rei
significatae? Deinde dantur voces in cathegorematicae
non significativae quae tamen possunt usurpari à tota republica ad
aliquid significandum. Sic voces aliquae spectantes ad Idioma Vena-
torium recenter inventae sunt à Venatoribus quarum proprietatem
multi ignorant non ignaturi si eiusmodi verba venatoria essent
signum naturale.
Objicitur 3mo audita voce bono naturaliter veniunt in cognitionem
animalis, quod vox est signum naturale. Rx Dicto consequens
vox hoc est sonus ille quo effertur vox, est signum amplius Conseqiam.
prout spectat ad certum Idioma et quatenus significat ultimate
Nego consequentiam.

Nam vox homo non potest proferri quin omnes illam audientes veniant in cognitionem proferentis ad non quis venit in cognitionem animalis rationalis quod est ultimatum significatum et respectu huius significati est signum ad placidum.

24 Refert quidam Herodotus duos pueros in sylva inter feras educatos extra hominum consortium. sine instructoris opera tandem pronuntiasse vocem Becq quae vox apud phrigespanem significat: Unde sumi potest argumentum quod probet vocis huius significationem non esse ab arbitraria hominum voluntate desumptam, quidquid sit de hac narratione cuius fides sit penes auctorem, potuit haec prolatio casu fieri, aut ope daemonis aut vallis suspicatur eum huiusmodi vocis prolationem naturam in

25 Quaeritur 1mo an voces tantum sint signa rerum, an etiam conceptuum?
Respondeo voces esse etiam signa conceptuum et intentionis qua loquens manifestare cupit suum conceptum. Declaro rem in exemplo Ethnicus aliquis audiens a me quod homo sit Deus admiratur tanquam rem paradoxam; quo Ethnicus non tantum apprehendit significatum Dei et hominis sed etiam meum conceptum, miratur enim me concipere Deum ut identificatum cum homine.

Confirmo responsionem videns venillum pendens e turri parochiae, non tantum venit in cognitionem dedicationis templi, sed etiam cognoscit intentionem, qua homines pro tale signum intendunt significare dedicationem templi: quo audiens vocem homo, veniet in cognitionem rei significatae per vocem et conceptus illius quem loquens habet.

26 Quaeritur 2do quid nam voces significent principaliter, rem, an conceptum?
Responsione adverte, illud significari principaliter, quod loquens primario intendit manifestare: hoc posito ad quaestionem.
Respondeo cum certum sit nos aliquando primario velle per voces manifestare conceptum, aliquando rem ipsam per voces significatam, ideo pro varia intentione loquentis modo rem significari primo, modo conceptum.

27 Declaro. Thytius coram iudice falso accusatur homicidii ac gnarus suae innocentiae, dum dicit se innocentem esse, utique primario intendit rem ipsam manifestare, hac enim vult ut iudex cognoscat innocentiam. Item cum Abraham audivit haec verba

Abraham tolle filium tuum unigenitum genesis 22 imediate
venit in cognitionem sui Isaac. Ipse enim in re per illa verba significata
Jam vero quando oratio aliquis notissimam historiam amplificat Jmario
cupit ut auditores cognoscant figuratum modum narrandi, et suos
gaptus, quo Jmario manifestat geptum, et hic primario per illas voces
significatur.

Quaestio an scriptura imediate significet res? in voces. Rx si 28
sermo sit de Ciphris 23.4.4.6.7.8.9.10. tum dicendum etiam significari
imediate rem ipsam. nam omnes nationes, quae norunt ciphram, imediate
veniunt in notitiam numeri per illam ciphram significati, et licet significatio
huius vocis tria e.g. mutaretur, tamen ad huc si videret ciphram 3
veniret in cognitionem numeri per illam ciphram indicati.

Aliae scripturae verbi g. Vox homo leo imediate significant voces 29
homo leo et mediantibus his vocibus significant rem significatam. ita Arra
d 3 s 2 n 36 Unde qui ignorant linguam latinam norunt tamen
latinas litteras formare ii possunt legere vocabula latine
scripta et consequenter legendo scripturam veniunt in notitiam
vocis latinae, absque eo quod intelligant sensum et rem per voces
significatam.

Dices, quo scriptura supponitur pro vocibus, sed hoc est absurdum, nam 30
Spiritus sacris litteris per scripturam noluit nobis significare
solas voces, sed res. Rx negando sequelam vel disto
scriptura supponitur pro vocibus 2 dario et per modum medii
Concedo, ultimate et Jmario N sequelam.
Spiritus quo Jmario per scripturam significavit rem, et usque etiam vocibus
per modum instrumenti seu medii ad manifestandam rem.
Caeterum recte ait Arra hoc intelligentem esse gnarum latini
idiomatis non laborare an per nomen Deus denotetur vox, sed
imediate petere quaedam significetur per eam scripturam.
At homo rudis nesciens legere, et quaerens quid per eam scripturam
denotetur contentus est si ei dicatur denotari vocem Deus, vide
citatum auctorem

Quæstio IIda

De oratione et enuntiatione.

Sectio Prima

Quid sit oratio et quotuplex.

1 Recte definitur oratio ab arrle hic c 4. quod sit vox significativa, cuius partium aliqua separata significat ut dictio, sed non ut affirmatio, vel negatio. exemplum. cum dico: homo est albus. partes huius orationis sunt termini homo et albus. quorum neuter seorsim sumptus aliquid affirmat vel negat.

Dices propositio complexa constat ex pluribus propositionibus velut ex partibus, quarum partium quælibet seorsim accepta est affirmativa vel negativa; ergo definitio est mala.

Rx mente Arrlis est, quod ad naturam et essentiam orationis sufficiat, ut constet partibus, quæ seorsim acceptæ non significent ut affirmatio vel negatio: interim tamen non negat, partes orationis complexæ posse esse affirmativas, vel negativas. Vide Lorinum hic c 4.

2 Dividitur oratio in enuntiativam, et non enuntiativam.

Oratio enuntiativa est, in qua est verum vel falsum. tales sunt hæ enuntiationes: homo est ~~ant~~ petrus est lapis. quarum prima vera est, 2da falsa. In oratione non enuntiativa, non est verum vel falsum: talis est hæc. dona mihi florem. condona mihi culpam.

Oratio enuntiativa dicitur perfecta, altera imperfecta: nam prior perfectum sensum reddit, posterior imperfectum.

Nos hic, omissis inutilibus quæstiunculis de perfecta enuntiatione agemus.

SECTIO SECUNDA
enuntiationis natura et proprietas explicant.

Sermo ĩ de enuntiatione proprie et antonomastice sumpta, prout distincta ĩ à tertia operatione mentis: in quo sensu accepta

Enuntiatio ĩ iudicium imediatum de aliqua re, quo affirmat, vel negat aliquid per copulam indicativam. 3

Dixi iudicium imediatum, hoc ĩ tale, quo penetratis recte terminis unum ita de altero affirmat, vel negat, ut illud iudicium non nitatur aliis precedentibus actibus.

At vero 3tia mentis operatio, quae etiam discursus appellatur, ĩ enuntiatio, seu iudicium mediatum, quã ab uno vel pluribus actibus precedentibus dependet, et ex illis preter generationem deducitur. de hoc iudicio plura dicentur in syllmo. 1ma vero operatio mentis precise aliquid apprehendit, absque eo quod verum assensum aut dissensum intellectus per illam prebeat. His breviter suppositis

Ex quo sensu veritas et falsitas sint proprietates enuntiationis? 4
pro quo.

Nota: duplicem dari veritatem: nempe transcendentalem et formalem. prior veritas ĩ passio entis, quã idcirco res dicitur vera, quã illud sum ẽ nihil de ĩ, neque sit tantum esse sic titulum, sed proprium ita Deus ĩ verus Deus, et homo ĩ verus homo quã homini ad esse hominem et Deo ad esse Deum nihil de ẽ. Et quia symbolus quod incedit in habitu et vestitu humano non ĩ verus homo, sed tantum personatus. De hac veritate agens in metaphysica.

Veritas formalis consistit in representatione cognitionis, quae cognitio de obiecto enuntiat, sicut obiectum meretur, sive obiectum cognitione sic representatur sicut ĩ, vocatur quoque cognitio vera per conformis obiecto: 5

Ut cum dico. homo est ant. hac cognitio vera est, quia homo ita re-
presentat, qualis est. quod si illa enuntiatio esset difformis obiecto, esset
falsa; talis est haec proposio qua dico: homo est brutus.
De hac veritate et falsitate quaeritur hic an sit proprietates
enuntiationis, vel an etiam ad ipsam operationem mentis pertineant?

6 Dico veritatem formalem proprie tantum ad enuntiationem spectare.
probo 1mo ab auctoritate Aristotelis qui c. 1 sic dicit.
Hyrcocerus aliquid significat, sed non verum aliquid, vel falsum, si non l
esse vel non esse addatur. Ex quibus verbis clare apparet,
quod Aristoteles negat ad veritatem proprie dictam, ut obiectum non precise
apprehendatur, sed ut affirmetur vel negetur. hoc est, ut intellectus
praeter assensum, vel dissensum: atque per apprehensionem non praestat
intellectus assensum, nec dissensum, ergo apprehensio non habet veritatem
proprie dictam. Clarius adhuc loquitur c. 4 ubi habet haec
verba. Deprecatio, oratio quidem est, sed nec vera nec falsa
quia non est enuntiativa. Ecce, Aristoteles in sola enuntiatione
ait consistere veritatem et falsitatem; ergo iuxta mentem philosophi
dicit negari quod ipsa operatio mentis habeat veritatem aut falsitatem
proprie dictam.

Accedit auctoritas S. Tho. 1 parte q. 16 art. 2 ubi habet haec verba.
Veritas proprie loquendo est in intellectu componente et dividente,
non autem in intellectu cognoscente. Quod ipsum explicatius
expressit paulo supra dicens. Quando intellectus
iudicat rem ita se habere, sicut est forma, quam de re apprehendit,
tunc ipsum cognoscit et dicit verum. Videatur Suarez d. 8
met. 5 q. ubi angelicum doctorem explicat.

7 confirmatur ratione. Veritas intellectualis communiter
censetur illa, a qua dicitur homo verum dixisse, sed haec veritas
convenit soli enuntiationi: homo enim tam diu non arguitur

falsitatis, quam diu nihil enuntiat. Praeterea, qui dicit homo brutum, lapis, non potest quinque falsitatis, quia tali modo precise apprehendit hominem, lapidem, et brutum: at non enuntiat quod homo sit lapis et brutum: quod si enuntiaret, falsum diceret.

Dices: quod si apprehendam hominem et lapidem inter se identificatos?

Respondeo talem apprehensionem fore quidem difformem obiecto, et improprie falsam, non tamen fore falsam proprie, obrationem immediate prius allatam: quod scilicet homo vi talis apprehensionis non censeatur dixisse falsum.

SECTIO VIIA

Quid requiratur ad veritatem enuntiationis.

Ut haec quaestio quae logico utilis et necessaria est, facilius intelligatur, advertendum est discrimen inter propositiones necessarias et contingentes. 8

Propositio necessaria vocatur illa, quae de obiecto aliquid esse, vel necessario connexum affirmat, aut de eodem aliquid negat, quod illi esse repugnat. Ex. homo est animal rationale. homo non est lapis. et haec propositiones dicuntur esse in materia necessaria, quia ratione materiae semper sunt verae, hoc est quoties cumque praedicatum esse affirmetur de homine, quale praedicatum est ratione, semper illa affirmatio erit vera. quod si vero de homine praedicetur aliquid, quod illi esse repugnat ex. lapis, dicetur propositio esse in materia impossibili

Propositio contingens est illa, quae ita vera est, ut mutato obiecto, de quo aliquid enuntiat, potuisset esse falsa. exemplum. cum dico petrus cantat haec propositio vera est, si petrus cantet quod si non cantaret, tunc eadem invariata propositio fuisset falsa. 9

Iam vero quia petro non est esse ut cantet, ideo si haec enuntiatio si conformis suo obiecto erit tamen in materia contingenti, non in necessaria.

10 Porro bene notandum est aliud discrimen inter propositionem necessariam et contingentem: nam propositio necessaria ad sui veritatem non requirit, ut absolute existat obiectum illud, de quo aliquid affirmat; sed sufficit, ut existentia obiecti explicetur conditionate. Declaro.
Haec enuntiatio, qua dico: homo est animal. habet hunc sensum conditionatum, quandocunque homo est extiterit, semper de illo vere dicitur quod sit animal. Unde factum, ut tales propositiones dicantur aeternae veritatis: id est tales, quae ab aeterno fuissent verae, si ab aeterno extiterint obiecta, de quibus praedicatum esse affirmat.

11 In propositione contingente (quod bene notandum est) absolute affirmantur tria. primo quod obiectum, de quo aliquid affirmatur, existat illo tempore, quod exprimitur per copulam. 2do eadem affirmatur existentia praedicati. 3tio affirmatur quod inter rectum subiecti et rectum praedicati intercedat identitas. exempli loco sit sequens propositio contingens. Petrus currit haec enuntiatio dicit Petrum existere pro tempore praesenti, et existere cursum: et intercedere identitatem inter Petrum, et illum qui currit: atque haec propositio, quod tria affirmant ~~[illegible]~~ coiter vocantur de 3tio adiacente.

12 Unde propositio contingens falsa est primo si desit sola identitas inter rectum subiecti et rectum praedicati.
2do falsa est si desit sola existentia subiecti. Vocatur quidem subiecto non supponente exemplum. Antichristus est impius haec propositio ideo falsa est, quia nunc antichristus non existit.
3tio falsa est, si desit sola existentia praedicati, et dicitur de praedicato non supponente. exemplum venenum est salubre.

13 Quaeritur haec propositio: antichristus est impius sit simpliciter et absolute falsa? Respondeo ratione ex hunc quia est de praedicato non supponente, hoc est quia affirmat existentiam praedicati, quod praedicatum non existit,

quo affirmat aliquid esse quod non est: quo est simpliciter et absolute falsa.
Idem dicendum est, si in proposito contingenti desit existentia subiecti,
vel identitas inter rectum subiecti et rectum praedicati est eadem par utrobique
ratio.

Cur autem proposito necessaria tantum conditionate affirmet existentiam subiecti,
contingens vero illam affirmet absolute, colligitur ex eodem consensu doctorum
vocantium enuntiationes necessarias aeternae veritatis, reliquas vero contin-
gentes, hoc est accidentaliter, et non necessario veras: sunt a necessario verae
si existentia subiecti et praedicati tantum sub conditione affirmarentur, saltem
plerumque. His praenotatis

§ 1mus.

Quid requiratur ad veritatem enunti-
ationis affirmativae.

Dico primo non requiri, ut ea, quae ex parte subiecti importantur in
obliquo, identificentur cum iis, quae in obliquo importantur ex parte
praedicati: nec est ea requiri, ut obliqui importati ex parte praedicati 14
identificentur cum obliquis subiecti.
Probo conclusionem hac exemplo. Aliquid sanctum est doctum sensus
huius propositionis est. aliquid habens sanctitatem est habens doctri-
nam. In qua enuntiatione doctrina, quae est obliquus praedicati,
non identificatur cum sanctitate, quae est obliquus subiecti.
Objicies hanc propositionem: dulce est quale. Cuius propositionis obliqui sunt
dulcedo et qualitas; atque hi obliqui inter se identificantur, vere
enim dicitur dulcedo est qualitas: quo possunt obliqui inter se identificari.
Respondeo concedendo totum: non enim nego posse inter obliquos dari identi-
tatem, sed solum assero, quod talis identitas non requiratur ad veritatem
propositionis.
Dico 2do omnes rectos importatos ex parte subiecti debere identifi- 15
cari cum omnibus rectis importatis ex parte praedicati. exemplum.

Petrus et Paulus sunt docti. quod si solus petrus vel solus paulus est doctus, falsa foret propositio: sicut haec falsa est, Petrus et Judas Iscariot sunt salvati. Ratio est, quia illa debent inter se identificari, quae immediate nectuntur per copulam est: sed omnes recti immediate nectuntur per copulam est, ergo omnes recti debent inter se identificari. Probo Maior: copula est non nectit aliter terminos quam per identitatem, uti evidenter apparet ex infinitis exemplis. Demus unicum. homo est lapis. Unica ratio cur haec propositio sit falsa, haec est, quia homo non vere per identitatem nectitur cum lapide: nam alia ratione homine necti cum lapide, non implicat: ergo certum est, ea quae vere nectuntur per copulam est, necti per identitatem.

16 Objicitur primo haec propositio Joannes est homo cuius praedicatum sic exponitur: vel hic vel ille, vel ille homo &c. atque Joannes tantum est unus ex illis rectis, qui importantur ex parte praedicati, ergo non requiritur ut sit idem cum obiecto.

Respondeo quaerendo totum et nego hanc obiectionem esse ex priore gelusione: quia gelusio tantum loquitur de rectis, qui simul et collective affirmantur, non vero de rectis, qui tantum affirmantur disjunctive, uti supponit obiectio in praedicto exemplo.

Objicitur 2do haec enuntiatio. pars est inadequate totum essentiale. In hac propositione rectus subiecti est pars recti praedicati sunt omnes partes, quia totum essentiale involvit omnes partes in recto: ergo recti praedicati in hac propositione non identificantur cum rectis subiecti: ergo falsa est gelusio.

Respondeo totum essentiale adequate sumptum involvere omnes partes totius in recto; quod si vero totum essentiale sumatur inadequate,

tunc nego quod sumatur pro omnibus partibus. Ideo haec obiectio nihil valet, quia totum inadequate sumptum est idem quod una pars totius: ergo praedicatum praedictae propositionis non importat in recto omnes partes totius, sed unicam: et sic rectus subiecti ad huc identificatur cum R praedicati

§ II^dus

Quid requiratur ad veritatem propositionis negativae.

Dico primo ut propositio in materia impossibili sit vera, requiritur ut recti praedicati et subiecti differant realiter, ex. ut haec propositio sit vera. Lupus est leo. Et inter leonem et lupum dari realis distinctio. Probo 17

Nisi daretur realis distinctio, tunc daretur realis identitas; sed si daretur realis identitas, tunc cum veritate diceretur, lupum esse leonem, quod tamen implicat: ergo ut haec propositio affirmativa, qua affirmatur lupus esse leo sit falsa, requiritur distinctio realis inter rectos subiecti et praedicati.

2do propositio in materia impossibili negat identitatem inter rectos praedicati et subiecti; ergo ut vera neget non debet existere id quod negat. ergo non debet dari identitas inter rectos, nam identitatem negat; itaque a primo ad ultimum debet dari distinctio rectorum.

Dico 2do ut propositio contingens de 3tio adiacente sit vera, sufficit defectus existentiae subiecti vel praedicati. 18

Pro conclusione primo. Ut propositio contingens affirmativa sit falsa, sufficit defectus existentiae, ergo ut eius contradictoria negativa sit vera sufficit defectus existentiae: alioquin contradictoriae simul essent falsae. ostendo rem in sequenti propositione. Petrus est pius. haec propositio falsa est si solum praedicatum non existat: ergo illius contradictoria negativa erit vera, quantumvis nihil desit praeter solam existentiam praedicati.

Pro conclusione 2do. Omnis propositio negativa in materia contingente est virtualiter conditionata, et disiunctiva, quia contingens affirmativa est virtualiter copulativa. ex. haec. Petrus currit 19

et exponi per partes. Et hoc modo et petrus existit, et currens existit, et datur identitas inter currens et petrum. cuius contradictoria est haec: vel petrus non existit, vel si existat petrus, non existit currens, vel si existat utrumque, inter illos non datur identitas: Ecce haec propositio disiunctiva est, et affirmativa, ad quam verificandam sufficit, verificari unum membrum: quod si negativa contingens sit disiunctiva, tunc ad illam verificandam sufficiet si unum membrum disiunctionis verificetur: atque existentia praedicati est unum membrum propositionis negativae disiunctivae, quod solus defectus existentiae praedicati sufficiet ad verificandam propositionem negativam; haec enim existentia etiam negatur sub disiunctione, ubi videmus in praeposita propositione

§ III^ius.

Quaedam corollaria ex dictis.

20 Corollarium primum sequentes 2 propositiones sunt ambae falsae. petrus nascitur est doctus. Et: petrus non nascitur est doctus. Ratio est, quia utraque est affirmativa in materia contingenti, de subiecto adiacente: ita utraque est de subiecto vel praedicato non supponente; quod utraque est falsa.

Corollarium 2dum haec duae propositiones non possunt ambae simul esse falsae: petrus nascitur est doctus. Et: petrus nascitur non est doctus. Nam prior est falsa ideo, quia affirmativa contingens de subiecto non supponente. Posterior est vera quia est negativa et disiunctiva faciens hunc sensum, petrus nascitur vel non existit, vel si existit, non est doctus. Ubi videmus primum membrum esse verum, quod sufficit ad verificationem totius propositionis disiunctivae.

Corollarium 3tium haec duae propositiones ambae sunt verae: petrus nascitur non est doctus. Et: petrus nascitur non est indoctus. Ratio. quia utraque est negativa contingens et utraque est de subiecto non supponente, quod sufficit ad verificandam propositionem contingentem negativam.

Corollarium 4tum Non valet haec argumentatio, qua dico: petrus nascitur non est doctus: ergo est indoctus. ratio. quia propositio negativa tantum est disiunctiva et affirmativa est copulativa. Plus autem ad propositionem copulativam verificandam requiritur, quam requiratur ad disiunctivam: ut enim haec

verificari, sed verificari non membra sola disjunctivae: ad
vero ad verificanda copulativa necesse est vera esse omnia
membra: ergo haec negativa: petrus non est docta vera erit ex verificatione unius
membri, id est ex ~~ge~~ affirmativa scilicet haec petrus est docta quae haec
glingens est, et affirmativa, sequentia copulativa, ad omnis veritatem
plus requirit, quam ad veritatem disjunctivae

Corollarium 2 Ut propositio negativa glingens sit vera, id requirit
distinctio rectorum subiecti et predicati, sed sufficit defectus existentiae subiecti,
ut ita prius dictum est, et nunc ulterius probat. propositio negativa
glingens vera, potuisset esse falsa: ergo cum dico: petrus non est currit: haec
inquam propositio modo vera, potuisset esse falsa, si scilicet posita fuisset
existentia petri, et existentia currentis, et identitas inter petrum et
currentem: ergo ut sit vera id requirit distinctio rectorum, et ad improprietas et
recti simul inter se: id indifferenti distinguant realiter: ergo cum
videtur ex quodam propositio glingentes negativae veras, potuisse
esse falsas, et tot ex eodem quodam, ea quae simul distinguunt, semper
distinguuntur, evidenter sequitur si recti aliquando fuere distincti, semper
manebunt distincti: ergo signum est, id haec ratio invariata propositio
id ratione distinctionis inter rectos, sed ex solo defectu existentiae
potuisset esse vera vel falsa.

Confirmat. Praedicatum huius propositionis quae dicit: petrus non est docta.
fuit disciplinae, ergo fuit capax doctrinae: ergo inter illos 2 fuit
fuit capax doctrinae: et ita si ita petrus: ergo praedicatum docta fuit
dicit ipso petro: ergo in quantum supponit pro petro habet identitatem
inter rectum subiecti et praedicati; ergo ad id propositio glingentes negativa
verificanda id notum requirit distinctio rectorum, sed sufficit
defectus existentiae subiecti vel praedicati: imo si res haec affirmetur,
id est dari distinctio rectorum in propositione glingente, si ea recti distinguuntur,
et distinguuntur: et si et distinguuntur nunquam, nisi de se invicem
vere affirmari: ergo id erit propositio glingens: non haec falsa aliquando et esset vera.

Objecies propositio affirmativa id est vera, nisi recti inter se identificentur:
ergo negativa id erit vera, nisi recti realiter distinguantur.
Respondeo quantitatem et dico, in affirmativa glingente requiri
identitatem, quia identitas affirmatur sine additione et absolute.
at vero negativa identitatem non negat additionale et disjunctive

igitur ad eius verificationem sufficit verificari unum membrum: ergo non necessario requiritur dispositio rectorum.

22 Dices: negativa contingente illa esse vera, ut etiam affirmativa potuisset esse vera: sed veritatem propositionis negativae necessario requiritur identitas rectorum; ergo et ad negativam necessario requiritur identitas dispositio rectorum. Identitas Rei distinguendo Maiorem affirmativa potuisset esse vera praecise ex eo, quod detur identitas inter rectas nego Ma: si autem ponenda ponantur Con: M et gessa minore distinguo Consequens: ergo ad negativam requiritur identitas rectorum si existat subiectum vel praedicatum Consequentia si neutrum existat nego consequentiam. Sensus Rois in hac: propositio affirmativa necessario requirit existentiam subiecti ut sit vera, quia illam existentiam absolute affirmat. Item requirit ut subiectum eo modo existat, quo affirmatur, sed identitas inter rectas affirmat absolute, ergo ad veritatem propositionis affirmativae requiritur necessario identitas inter rectas.

23 Et quia negativa propositio non absolute affirmat existentiam, nec illam absolute negat, sed vel tantum conditionate negat, vel tantum conditionate affirmat: ergo etsi existentia subiecti non detur, non idcirco negativa erit falsa, sed vera. Ulterius si subiectum non existat, eo ipso etiam non existet identitas inter rectas subiecti et praedicati. Si vero existat subiectum, fateor hoc ipso etiam existere identitatem inter rectas subiecti et praedicati. Verum, ut iam ostendi, haec existentia non necessaria absolute ad veritatem propositionis negativae sed tantum necessaria est conditionate: ergo etiam identitas inter rectas non absolute, sed tantum conditionate erit necessaria

SECTIO QUARTA.

De Enuntiationis obiecto.

Hanc quaestionem ideo tracto, quia eius intelligentia plane ad hoc necessaria est, ut nostra propositionum recte percipiatur. Tractabo autem quam potero succincte, et difficillima in methaphysicam reijciam.

Nota 1mo Enuntiatione est actus intellectus qui vocatur Iudicium 24
quo iudicio aliquid de obiecto pronuntiatur abnuendo, vel annuendo.
Annutus vocatur affirmatio, quia affirmando prosequitur et quodammodo
approbamus obiectum, eique adhaeremus, quam approbationem significamus
per inclinationem capitis, et solet hic annutus exprimi per particulas
ita est.
Abnutus vocatur iudicium negativum, quo iudicio improbamus obiectum,
illudque respuimus, reijcimus abnuendo et gestiendo caput, seu
dicendo non est ita.
Nota 2do id quod affirmatur vel negatur, est obiectum materiale propositionis:
ergo vero id, propter quod aliquid affirmatur vel negatur, est obiectum formale
propositionis.
Nota 3tio Ut duae propositiones sunt contradictoriae, debere obiectum materiale
utriusque esse unum et idem: si enim una non negaret id quod affirmat
altera, tunc non essent contradictoriae. At vero obiectum formale
ut est diversum, est enim impossibile, ut propter unum motivum eandem
rem simul affirmem et negem; sicut impossibile est ut propter eandem boni-
tatem eandem rem simul amem et detester.
Nota 4to Nos hoc plerumque facere propositiones propositas in hoc sensu,
quod componamus duo obiecta quorum unum dicitur subiectum, alterum praedicatum.
Subiectum est id cui aliud concipitur inexistere: praedicatum est id, quod concipitur
alteri inexistere, haec bene debent considerari ut sequentia
intelligantur.
1ma Sententia est in Enuntiatione affirmativa et negativa
propter subiectum et praedicatum non intervenire aliud obiectum, quod affir-
metur vel negetur, sed totum negotium explicare potest per diversum
modum tendendi in obiectum quo illud affirmatur vel negatur.
ita sentiunt quidam RR romani citantes pro se patrem Henrice,
ut Phasquez in 1a part d 223.
2da sententia est propter subiectum et praedicatum concipi aliquam identitatem
inter mediam, quae respondeat particulae Est. Ita docent
Hurtado. Mendoza d 7 de anima. s 2 Anna d 6 metaph s 2
n 8 Oviedo controversia 12 metaph puncto 2 n 5 Ruiz
d 13 de scientia Dei s 1 Suarez d 8 metaph s 3 n 18 Cardinalis

de Lugo d. 1 de pœnitentia 5 s. n. 20 cum 4 ubi

25 Dico in propositione affirmativa ex parte obiecti sive accipi identitatem inter praedicatum et subiectum quae exprimitur per copulam Est.
Probatur conclusio: propositio affirmativa dicitur affirmare aliquid obiectum: sed nihil aliud potest affirmari quod affirmet, quam identitas inter praedicatum et subiectum, quo obiectum illius erit identitas minore probo in exemplo, cum dico.
Leo est brutum. in hac propositione non affirmatur leo secundum se seorsim, nec brutum secundum se solum affirmatur, quasi sensus sit, quod leo sit leo, et brutum sit brutum. neque affirmatur utrumque simul dicendo, leo et brutum est leo et brutum si enim dicta propositio sic deberet exponi, tunc recte diceretur affirmaret hominem esse brutum; quia nihil aliud diceret, quam quod homo sit homo, et brutum sit brutum: quod verissimum est, quo ut propositio affirmans hominem esse brutum sit falsa (uti revera falsa est) dicitur ex parte obiecti affirmari identitas inter hominem et brutum, dicendo: homo et brutum sunt idem, quod utique falsum est.

26 Dices illam identitatem esse ipsam cognitionem praedicati et subiecti.
Sed contra arguitur 1.mo Illa cognitio affirmat identitatem, sive tendit et fertur in identitatem: atque cognitio non affirmat se ipsam, non tendit nec fertur in se ipsam; quo cognitio non est identitas.
Arguitur contra 2.do identitas dicitur cognosci (nihil enim potest affirmari nisi cognoscatur) sed cognitio non reflexe cognoscitur, quo cognitio non est identitas. Igitur dicendum est praedicatum affirmari de subiecto, sive (quod idem est) affirmare quod praedicatum inexistat subiecto, verbique quod homo inexistat antecedenti, non per physicam unionem, sed per identitatem ex his.
Colliges identitatem esse etiam obiectum materiale propositionis negativae: aliqua duae propositiones contradictoriae non haberent idem obiectum materiale; una non affirmaret id, quod altera negat; nam obiectum materiale affirmatur vel negatur: quo si propositionis affirmativae obiectum materiale est identitas debebit eadem identitas esse obiectum materiale propositionis contradictoriae negativae.
Deinde cum dico: homo non est lapis non nego existere hominem, neque nego existere lapidem: nam id quod nego, dicitur esse aliquid impossibile,

go nego identitatem inter hōnem et lapidem, quæ est impossibilis, Ergo id
cui dissentio est gressio inter hōnem et lapidem, seu identitas, quo
hæc negatur.

Rx quod proprie significet per particulam negativam non. Rx ex lugone
citato per hanc particulam negativam designari actum quo dissentimus
obiecto, seu quo negamus unum de altero: e.g. hōnem de bruto.
Itaque obiectum negatum erit identitas inter hōnem et lapidem. Obiectum formale,
seu motivum propter quod nego hōnem esse lapidem, erit distinctio inter hōnem
et lapidem: adeoque in propositione negativa sic attingitur obiectum materiale
distinctum ab obiecto formali, in exemplo cum dico ~~non~~ homo non est brutum sensus
est, inter hōnem et brutum ideo non dari identitatem quia datur distinctio. Ecce!
attingitur identitas et distinctio: identitas quidem attingitur per negationem
velut obiectum materiale, distinctio vero attingitur per affirmationem tanquam
motivum et obiectum formale, propter quod nego hōnem esse brutum.

Porro cum pulchre explicat Cardinalis de Lugo n. 19 loco cit. intellectus 28
negans quod lapis sit homo movetur ad hoc iudicium ab ipsa falsitate,
ideo enim iudicat lapidem esse hōnem, quia videt falsum esse, quod inter hōnem
et lapidem intercedat identitas: Interim tamen identitatem non negat, sed
affirmat, dicendo: quia falsum est quod a sit b ideo A non est B.
Ecce! intellectus falsitatem approbat, non negat. Videatur cit. Lugo, qui
hanc doctrinam prolixe et pulchre tradit. Breviter dicendum est
intellectum per propositionem negativam fugere ab obiecto per dissensum et
identitatem inter subiectum ac praedicatum respuere tanquam impossibilem:
negationem autem identitatis prosequi et approbare dicendo: non datur id-
enditas, quia datur negatio identitatis.

Dices: per dissensum aliquid fugimus; atque non fugimus veritatem, quo falsi- 29
tatem, quod etiam falsitatem negamus. Rx falsitatem esse 2 lineae
sunt formale et obiectivum. formalis est quia etiam falsitas ut quo vocatur
est difformitas unius obiecti cum alio, quod nos movet ad formandum
iudicium negativum, et hanc difformitatem non negamus, imo affirmamus,
quia per eam impellimur ad fordum iudicium negativum.
Falsitas obiectiva est ipsa identitas impossibilis inter subiectum et praedicatum

Et hæc negat dari, quia impossibile est. Itaque fugimus à falsitate obiectiva propter falsitatem formalem: quia falsitatem ut quo prosequimur et affirmamus; falsitatem vero obiectivam negamus.

SECTIO QUINTA

Solvuntur obiectiones

Una difficilis obiectio, quæ hanc sententiam affert à patre Confalonerio, pro cuius faciliori intelligentia

Notandum est 1mo Enuntiationem seu iudicium intellectus aliud esse simplex, aliud compositum. Iudicium simplex non habet subiectum et prædicatum, sed per modum unius indivisibiliter accipit et affirmat homo animal: et hoc modo communiter operantur Angeli, et quandoque homines. Iudicium compositum est, quo accipit prædicatum et subiectum, quæ duo intellectus inter se comparat, ut inde relucenti identitati assentiatur: et hoc modo communiter iudicat homo.

Notandum 2do aliud esse prædicari seu affirmari de alio, et aliud esse affirmari vel negari simpliciter. Non affirmare est approbare; atque nos non approbamus id, quod prædicatur, sed approbamus identitatem inter subiectum et prædicatum, quæ identitas affirmatur simpliciter. eg. Cum dico homo est animal non approbatur animal nec homo, sed approbatur identitas inter hominem et animal. Igitur animal non affirmatur simpliciter, sed tantum affirmatur de alio. Identitas verò absolute sine addito affirmatur. his præmissis videamus obiectionem Confalonerij

31 Obijcit quo Confalonerius hac argumento. Si identitas affirmatur, tunc debet affirmari de aliquo, omnis enim affirmatio est affirmatio unius de alio; quia non potest affirmari identitas nisi affirmetur de alio. Iam vero si identitas affirmatur de alio,

tunc debebit inter identitatem et illud aliud intercedere noua identitas, et fiet hic sensus: inter homo et animal datur identitas in qua propositione terminus identitas est praedicatum: ergo per aliam identitatem debet necti cum subiecto: pro illa alia identitas etiam affirmatur de alio, ergo etiam illa per nouam identitatem nectetur cum illo alio & sic autem dabitur processus in infinitum, ergo ex nostra sententia sequitur processus in infinitum.

Rx absolute, negando quod omnis affirmatio sit affirmatio de alio; et dico identitatem affirmari simpliciter, praedicatum vero affirmari de alio, hoc est absolute affirmari identitatem inter praedicatum et subiectum, non tamen per nouam compositionem.

Declaro: quaedam obiecta tam clare penetramus, ut immediate et sine ulla compositione feramus de obiecto iudicium, illudque approbemus. Ita si pater iudicat suum charissimum filium, quem unice amat, statim et sine ulla compositione affirmat et iudicat hunc esse suum filium: ergo (quia experientia quod ad hanc iudicium requiratur compositio subiecti et praedicati; ergo penetrata identitate, illa simpliciter potest affirmari, eique intellectus subscribit et assentitur absque ulla noua compositione, ergo non affirmatur de alio, sed affirmatur simpliciter. Et hic ruit totum fundamentum argumenti allati à patre Confalonerio. 32

Dices: ergo etiam praedicatum potest simpliciter affirmari.

Rx negando sequelam. nam praedicari formaliter nihil est aliud, quam affirmari vel negari de alio, et involuit ex suo formali conceptu compositionem, ac comparationem cum subiecto; ergo ex suo conceptu formali tantum ut non affirmetur simpliciter, sed de alio. 33

Obiicitur 2do hac propositio. Inter homo et animal datur identitas.

In hac enuntiatione identitas est praedicatum, et per nouam identitatem nectitur cum homine et animali, ergo non valet data solutio.

Rx negando consequentiam et paritatem. nam haec propositio ex reflexa cognitione identitatis, et explicite attingit identitatem ex parte praedicati: nos autem hactenus locuti sumus de identitate non habente rationem praedicati aut subiecti: ut cum dico: homo est animal et de hac tali identitate asserimus, quod simpliciter et sine compositione affirmetur. Reliqua quae hanc assertionem obiici possunt, vel cum hac obiectione coincidunt, vel non magnopere sunt difficillia. Proferemus ad magis trita et necessaria.

SECTIO SEXTA.

Cum quo gloriatur veritas cognitionis.

De hac máa videlicet firmo in metha, idem hic ex fola disputatione, q in pfentiarum videbuntur omnino nectria. Fyth

34 Adverte, 1mo veritatem esse duplicem. 1ma vocatur veritas transcendentalis, q est passio entis, altera vocatur fortis. Utriusq differentiae superius 32da explicuimus. Hic nobis firmo de sola veritate fortis, q est gformitas iudicij cum aliquo.

Adverte 2do veritatem fortis iudicij aliam esse necessariam, aliam contingentem. Cognitio indicativa nervis ortum ex 2 plici capite, scilicet ex obiecto, seu máa, de qua aliquid enuntiatur, deinde ex hac propos: homo est animal. Hinc inquam propos tot aliquam necessitatem, videlicet ratione alicuius necessitas est; non aliquam huius cognitionis, q nullam potentiam pt se aliter habere, quam propos pdicta enuntiat. Altera radix necessitatis fundata est in ipsa máa et radicali existentia cognitionis indicativae: dantur ed cognitiones versantes circa obtum contingens, q ed cognitiones ex ipsa et máa sua fundantur radicaliter verae, id est existunt indispensabiliter ut aliquid de eo aliquid enuntiant, ita se habeant, sicut abilis cognitionis omnibus repraesentantur. Tales cognitiones sunt ocs actus fugnáales fidei divinae, q versantur circa obtum contingens, v.g. circa incarnationem Verbi Divini: dicuntur actus fugnáalis Fidei: Verbum incarnatum est obtum contingens, et nihil orig ex máa sua ita indispensabiliter vera est cognitio ed gformitate alicuius, ut nunquam possit esse disformis.

34 Cognitio contingens vera est illa, q indicat de aliquo contingenti, et ipsa est talis, ut existere possit, etiamsi aliquid se aliter habuerit, ut ait Duns: quamvis est alog. his verbis.

Controversia inter auctores an veritas fortis sit universum obj varij cognitionis tpis et ingenia, vel an denno veritatis sit partim infecta, partim extensa, quibusdam p statu aliquibus. Quaestio haec multum similis est questioni de veritate iudicialis, de qua controversia inter auctores, an sit adunata intrinseca fundamento, vel an big sit pars, q ex prioribus notum est.

1ma sententia est Gabrij Mendoza dg de una 33 subs q dota ulti dicit, veritatem fortis ex máa rei esse idem cum altera modalitatis sine deinde actus versetur circa obtum contingens, sive circa obtum necessarium.

cidat se secundum Thomam q. 10 ab Ovia allegat. & gria sententia
Q. sententia é unitatem fitti uniuersim loquendo in eo adequate esse
cognitioni. Pro hac Suarez d. 8 metaph. s. 2 phasqua parte, n. 96
et Rudig. c. 4 q. 3 Conimbri. in capud. 3 mi de figuris, qr. arist.
Ovia d. 14 logica s. 3 subs. 2 da illam eliam Aristo. q. capite de
substantia dicit, quod ab sola diuersitate alicuius, cadit res mutata
propio sit uera uel falsa. Eandem tenet Chiedo et (nil fatch Mondoza)
RR. collor. q negant relationem pdicatam esse fundamento adequate ingeneratam.

§ I mg.

Quadruplex sententia, et gria refutatur.

Dico primo veritas fitti uniuersim loquendo non est adequate ingenita obiecto.
hac assertio é cos, et probat.

primo Si uera sit hac propio sequeretur, petrum esse album sufficit ut exigat cognitio 36
affirmans hoc, et ut albedo sit in Petro, licet cognitio in se et esse
non habeat respectum aut relationem, ex qua fitter uera denominetur, ergo fitti veritas
non é cognitioni adequate intrinseca. pbo ant.
Deus potest aut impotest non existere cognitionem qua dicat: petrum esse album
et à parte rei in Petro poni albedinem: hoc supposito fit argum.
Etiamsi in tali cognitione nulla fittitas aut respectus daretur, à qua
fitudate aut respectu denominaretur aduersarij illam cognitionem denari
fitter uera, ad hoc non est fitter uera; ergo dicendum obiectum esse ens, et
scilicet petrum esse album, in quo nos ponimus à parte rei existere albedinem,
ergo cognitioni uera est uera gratia superadditam aliqua intrinseca fitudo.
Inoud aptè disputat Suarez loco cit: mutato solo obiecto, mutatur
veritas cognitionis, et non mutatur aliquid intrinsecum cognitioni, ergo 37
veritas non est adequate intrinseca eiusdem. Pone non existere cognitionem,
et illam fitudatem à qua se denominat fitter uera, et non existere
obiectum: hac ergo illa cognitio affirmaret aliquid esse non esse, ergo est
differens obiecto, et falsa. Inde fit illam intrinsecam qualitatem esse
fitudatem non sufficere ad explicandam veritatem fitti, imo esse superfluam,
quia sine illa potest bene cognosci veritatem fitti.

38 Confirmat. Voluntas eo modo fertur in bonum verum, quo modo fertur in bonum apparens, et naturaliter apparet de bonum, ergo Rudio, gilla ait de fertur in naturaliter quod ei apparet bona, sicut feret, si revera est bona; eo modo intellectus et eodem modo cognoscere etiam apparens, sicut cognoscit etiam res existentes; nam cum Deo petrus cuvrit et apparet illa ratio quinceas, cum hoc autem numero cognitio et sit etiam dici tunc, cum petrus et cuvrit illa ut principalis et falsa praeter idem eo etiamsi habet se habet, quod affirmetur.

39 Ado si cognoscit ex officia sua fortitudine mea, sequitur quod ab Angelo possit certo cognosci futura contingentia, et effectus liberos, imo etiam futura peccata hominum et repugnat, et est si illud ex dia paralipomenon 6 Tu solus nosti corda filiorum hominum. et quia sanctia spiritus sancti innuit soli Deo ut peccata et arcana efficiantur, et nemini altioi, nisi cui id Deus revelat. sequitur a pho.

Ponamus Angelum Michaelem videre de petro hoc iudicium Petrus cras peccabit. Deinde ipse suam cognitionem reflexe cognoscere. in hoc casu Angelus Michael videbit clare tota ratio sua cognitionis directe, quia dicit: petrus cras peccabit. ergo si huic cognitioni esset ex mea, et Angelus Michael ex divina sanctia Theologorum indubitanter penetrat hanc cognitionem sequitur quod indicat certo peccatum petri cras peccabit: vel est si illi cognitioni esset ex eo falsa, sequitur quod hodie angelus certo dicit petrum cras peccaturum.

40 Dicis: Deus quemvis ex Angelo ad cognoscendum secreta cordis sed ergo cum Theologorum sanctia est, quod angeli possint habere indicia probabilia de futuris contingentibus et liberis, vel quod possint suspicari ores naturales posse penetrare. ergo est sed cum Theologorum et Doctorum modi autem reflexe cognoscendi negat angelis sunt quinque: nil sinam negat autem quedam dicit, quod angelus in hoc suo actu reflexe et cognito et penetrato, dicit videat illa futuratio rigeria, et quod dicat fortior nunc ait fulgy.

41 Confirmatur perte dicit apprehensio altioris et effectus sua et formis adiecto. Ponamus nunc angelum videre diversas apprehensiones de illo tempore, in quo nascitur et antichristus: vel in quo futuro supremum iudicium dies; ponamus dein quod idem ille angelus suas priores apprehensiones reflexe

cognoscat. hoc posito cum Angelo debeat naturaliter intuitiva notitia suarum apprehensionum, sequitur quod tandem deprehensurus sit illa, quae esse et inesse connexa est cum tempore, quo nascetur antichristus. quo angelus naturaliter certo sciet quo nam tempore nasciturus sit antichristus. item certo sciet extremi iudicii dies, et his similia soli Deo nota, ac iis, quibus Deus vult revelare; quae omnia sunt absurda, et vitari possunt dicendo, veritatem formalem universim loquendo, non esse obiecto adequate insecam, sed esse denominationem mixtam.

§II^dus.

Solvuntur obiectiones.

Obijcies primo propositioni veraci esse esse ut repraesentet obiectum, quod datur actu existens, sed hoc est esse formaliter verum: ergo propositioni veraci esse esse est esse formaliter veram. Respondeo negando minorem: nam ad veritatem formalem requiritur ut obiectum quod repraesentatur, detur eo modo, quo repraesentatur: atque hoc propositioni est exsecutum: ergo propositio quae dicit: petrus currit ex essentia sua repraesentat cursum petri, et hunc cursum repraesentabit sive detur sive non detur: at quod cursus petri existat, hoc propositioni illi est per accidens; ergo veritas formalis est propositioni prorsus per accidens.

Obijcies 2do propositioni veraci esse esse ut affirmet verum cursum et realem, ergo ex essentia sua vera est, ans probatur: propositioni praedictae esse est repraesentare cursum petri atque non est ipsi esse repraesentare cursum fictum, ergo cursum realem et verum.

Respondeo tam propositioni veraci quam falsae esse esse ut repraesentet verum cursum, sed quod detur cursus ille a parte rei, hoc propositioni utrique est exsecutum: sicut cognitioni meae, qua dico chymera currit non est esse chymeram esse impossibilem, sed revera perseveraret eadem numero cognitio, si chymera esset possibilis, et curreret: hoc solum discrimine, quod nunc sit falsa, et posita possibilitate et cursu chymerae foret vera. hinc etsi non repraesentet fictus cursus petri, sed verus, non tamen id circo propositio vera est; sed ideo vera est, quia verus et realis cursus petri eo modo datur, quo modo repraesentatur.

Ut hoc cognitioni ē p accidens.

Objicies 3tio cognitio vera esse respicit obm eo modo, quo repraesentat, et ex suppositione, quod sit, quo ē esse vera.

Nego ans. nam cognitioni tm hoc ē esse, ut respiciat obm eo modo, quo cognoscit; nō ē autem illi esse ut existat obm eo modo, quo cognoscit.

Objicies 4to cognitio vera ex essentia sua assimilatur obiecto; quo ex essentia sua ē vera. Pro responsione Nota 2plice ē assimilatio. Prima ē praedicalis, quae includit terminum tanquam partem, et iuxta hanc acceptionem negatur Mai. obiectionis. Qda assimilatio ē, repraesentativa, qua obm repraesentatur quasi in imagine, et iuxta hanc acceptionem distinguo ans: cognitio esse assimilatur obiecto hoc ē essentia cognitionis ē, esse formale imaginem obiecti, concedo ans; essentia illius ē ut obm det sicut repraesentatur, nego ans et consequentiam. Declaratur per exemplum. Imago caesaris utique esse repraesentat caesarem, et illum semper repraesentat etiamsi caesar mutet suam formam, semper enim perget ē imago caesaris; at nō ē illi esse ut caesar semper sit talis, qualem illum repraesentat imago.

Formaliter dicunt veritatem formalem ē denominatione adequate inseparabilem cum actu intellectuali identificata, et nihil omnino ab eodem actu realiter separatum. Quae ferunt verum haec sententia iisdem argumentis, quibus eorundem fortissimam sententiam de relatione praedicali refutata ē.

§ III^tius

Qualis denominatio sit veritas formalis.

43 Dico 2do veritas formalis ē actibus intellectus partim inseparabilis, partim extrinseca, ita communis sententia, et explicate Dicta d. art. subs. 5. conclusio ē verbis extendens se tam ad actus esse radicaliter veros, quam ad contingentes. quod attinet ad actus contingentes veros probo conclusionem: eandem cognitionem, quam habeo de cursu petri petro currente, potuisse habere petro non currente; sed tunc fuisset falsa, quo haec eadem cognitio quae currente petro ē vera, posset esse falsa:

Huius sententiae contraria positive ē improbabilis

NB ita cognitum R. P. Da. H.

ergo veritas formalis non est cognitioni adequate intrinseca; sed est partim intrinseca, quatenus scilicet est repraesentatio obiecti, et partim extrinseca, quatenus involvit ipsum obiectum eo modo existens quo repraesentatur.

Probo nunc ulterius quod obiectum sit pars cognitionis formaliter veraeque.

Solo cursu Petri oblato, atque aliis positis, non vere dicitur: Petrus currit, ergo cursus Petri est pars huius veritatis.

Igitur veritas propositionis nihil est aliud quam affirmare obiectum, et illud dari, vel negari obiectum et illud non dari: ergo in veritate formali involvitur tam entitas cognitionis, quam existentia obiecti eo modo, quo affirmatur.

Objicies primo perfectio alicuius rei est adequate intrinseca rei, sed veritas formalis est perfectio cognitionis, ergo est cognitioni adequate intrinseca. Respondeo negando Maiorem: si sermo sit de quacumque perfectione, et gratia ostendo in exemplo, quod affert Lugo. 44.

Pulchritudo faciei est perfectio, sed pulchritudo illa non est adequate intrinseca fronti, vel genis, vel naso, vel oculis; sed consistit in proportione omnium partium simul sumptarum: hinc si solus deesset nasus, vel si oculi essent nimis grandes aut os nimis diductum et amplum, vel aures nimis longae, iam tota facies fieret deformis: nec satis est frontem esse blandam, et reliquam faciem esse hispidam. pari ratione si solum obiectum non existeret, tota propositio redderetur falsa, si affirmaret existentiam obiecti, quia deest pars: sicut facies illa deformis est, cui solus nasus deest.

Unde colliges actum verum et falsum, non differre inter se quoad intrinsecam perfectionem cognitionis.

Dices si actus verus et falsus habent eandem perfectionem intrinsecam, ergo non repugnat Deo actus falsus. Respondeo negando consequentiam, etsi enim perfectio actui intrinseca stet cum eiusdem actus falsitate, nihil omnino Deo repugnat elicere actum falsum, ex explicito capite. Primo quia actus falsus arguit imperfectionem in principio illum actum producente, quia imperfectio consistit in hoc, quod per illum actum non perfecte penetretur obiectum, sed cognoscatur obscure quomodo cognoscendi involvit imperfectionem Deo repugnantem. 45

2do actus divini essentialiter exigunt esse connexi cum veritate, ergo repugnat illis falsitas

Objicit 2do ut cognitio sit conformis obiecto, dt illa coexistere obiecto, atq dat cognitio vera, q̃ n̄ coexistit obiecto, g̃o ad veritatem n̄ requirit haec conformitas involvens intrinsece statum obiecti. Probo minorem cum Dico: Antichristus nascetur haec cognitio vera ē, et tn̄ eius obiectum scilt antichristus illi n̄ coexistit; g̃o ad veritatem cognitionis n̄ requirit coexistentia cognitionis cum obiecto.

Rx concedendo totum. Salvo asserimus statum obiecti, eo modo quo affirmat vel negat pertinere intrinsece ad veritatem. Hinc quidam veritates constituunt per obiecti existentiam iam praeteritam, ut: dies hesternus: annus millesimus sexcentesimus quinquagesimus octavus: hi enim intrinsece involvunt durationes praeteritas: ē (quidam veritates involvunt existentiam obiecti futuram: ut: dies crastinus: annus 60 huius currentis saeculi &c et ideo bene observandum ē, quod obiectum n̄ componat veritatem physice, sed tm̄ logice, et per conceptum.

Objicit 3tio. nisi concedatur quod denominatio veritatis sit pure, et adequate intrinseca cognitioni, tunc sequitur quod detur cognitio falsa, quae sit perfectior quam si esset vera. ostendo per exemplum: cum duo petrus n̄ currit: haec cognitio erit vera si cursus petri n̄ ponatur: quod si vero ponatur cursus petri, tum erit falsa: g̃o falsitas involvit maiorem perfectionem quam veritas: haec enim involvit cognitionem et negationem cursus, quam scilt falsitas involvit cognitionem et cursum petri, illa vero quam sit negatio cursus. Rx in hac propositione quod est perfectior, 2plicem perfectionem: 1ma ē perfectio physica, consistens in conditionibus realibus. 2da ē perfectio logica consistens in conformitate cum obiecto. Nunc ad obiectionem Rx cum distinctione: cognitio falsa erit perfectior quam si esset vera: physice C: logice nego sequelam.

46 Dices si obiectum ē pars veritatis, g̃o obiectum poterit denominari verum, ac cognitio. Rx negando consequentiam, proinde ausi dicere: filius intrinsece constituit denominationem patris, g̃o filius ē pater. item: creatura constituit relationem creatoris, g̃o creatura ē creator. Ratio cur cognitio denominetur vera ē haec, quia veritas directo importat cognitionem, in obliquo obiectum,

sicut creator in recto dicit personae creantem, in obliquo personam creatam.

§ IIII.tus

Quid sentiendum sit de actibus necessariis habentibus esse exigentiam conformitatis cum obiecto.

Certum est quasdam propositiones ex natura sua ita necessario connecti cum obiecto, ut nec per divinam potentiam possint esse falsae. Tales sunt omnes actus supernaturales fidei divinae: et ipsi actus habent exigentiam esse conformitatis cum obiecto, ideoque dicuntur habere veritatem radicalem intrinsecam. Ex nunc an etiam veritas formalis sit iis adequate intrinseca.

Dico 3tio Veritas formalis est actibus supernaturalibus partim intrinseca, partim extrinseca. Ita docent Nostra d. 14 Logica sub 5 octava Cardi: De Lugo Oviedo et alii recentiores. 47

Probo conclusionem. Veritas formalis consistit in actuali conformitate cognitionis cum obiecto: sed actualis conformitas cognitionis cum obiecto sic includit obiectum tanquam partem constitutivam, ergo etiam veritas formalis sic includet obiectum tanquam partem constitutivam. Probo minorem. Sed quod ab aliqua voce immediate significatur, est pars intrinseca significati; sed status obiecti immediate significatur a conformitate actuali cognitionis cum obiecto; ergo status obiecti est pars conformitatis actualis cum obiecto. Minorem itaque probo. Solo statu obiecti ablato, manentibus omnibus aliis non manet actualis conformitas cognitionis cum obiecto; sed hoc est significare immediate, ergo status obiecti per praedictam conformitatem significatur immediate: ergo status obiecti est pars veritatis formalis etiam in actibus supernaturalibus.

Confirmatur: finge Deum non existere, et me habere actum supernaturalem fidei quo dicam: Deus existit hic actus supernaturalis fidei non haberet actualem conformitatem cum obiecto, praecise ideo, quia obiectum non existit. 48
ergo obiectum erit pars huius actualis conformitatis.

49 Dices 1mo Impossibile est existere tales actus supernaturales, et non esse formaliter veros, ergo veritas formalis est illis actibus supernaturalibus adequate intrinseca.
Nego consequentiam et retorqueo argumentum in exemplo.
Impossibile est existere creaturam, et non existere Deum, ergo Deus intrinsece constituet creaturam pessima consequentia, et priori simillima in obiectione facta, ut quis facillime deprehendet.
Dices 2do actus supernaturalis fidei habet essentiam exigentiam ut obiectum sit conforme actui, sed in hac exigentia essentiali consistit veritas formalis, ergo sicut exigentia essentialis, ita et formalis veritas erit actui adequate intrinseca. Respondeo negando minorem et Dico actum formaliter verum definiri quod sit ille, qui ita affirmat obiectum, sicut obiectum est, et sicut meretur ut affirmetur: hoc autem amplius est, quam sola exigentia cognitionis, requiritur enim, ut existat obiectum sicut affirmatur: sic Unio inter animam et materiam non est anima nec materia, etsi essentialiter exigat ut existat materia et anima, quia exigentia tamen est indispensabilis, ut nec Deus per divinam potentiam possit creare meam unionem, nisi illi coexistant materia et anima.

50 Declaro rem per aliud exemplum. Si Deus non esset, et tamen ego esse, tunc non dum esset posita tota relatio praedicatis creaturae, quia non dum existeret creator, et tamen in hoc casu iam esset posita exigentia, per quam creatura essentialiter exigit existentiam Dei. ergo sicut tu negas relationem praedicatis consistere in sola exigentia creaturae, sed vis in volui existentiam Dei tamquam partem, ita ego Dico ad veritatem formalem requiri statum obiecti velut partem.

51 Itaque plus non dicit gaudii, quam quod huiusmodi propositiones necessariae sint necessario veraciter exigentialiter, seu radicaliter; hac est quod essentialiter exigant esse formaliter veras: est autem longe aliud et diversum esse, verum formaliter et essentialiter per suam entitatem: et aliud est essentialiter exigere esse verum: sic creatura essentialiter exigit existentiam Dei: Unio inter animam et materiam essentialiter exigit animam et materiam existere: et si nec creatura per suam metaphysicam entitatem sit ipsa existentia Dei, neque unio per suam entitatem sit materia et forma. Verum de his cognitionibus redibit sermo in materia de anima. Ego hic eas nolui dissimulare, nec argumenta ex his actibus desumpta, et quae priore conclusione obiecta aliquem perturbent, aut in gravi metent.

§ Ultimus.

Ex dictis deducuntur quædam corollaria.

Corollarium 1mum. Omnes actus supernaturales fidei divinæ sunt essentialiter radicaliter veri: quia sunt actus intellectuales profluentes ex principio supernaturali, scilicet ex habitu fidei, cui repugnat generare ad actum supernaturalem falsum: vel certe quia est, quod dignitate actus supernaturalis esse falsum. hæc tamen veritas (ut iam aliquoties notavi) non est formalis, seu actualis; sed tamen est radicalis, sive exigentialis. Unde si per impossibile existeret actus supernaturalis fidei divinæ, qui de obiecto aliter pronuntiaret, quam obiectum mereretur, talis actus esset formaliter falsus, et tamen radicaliter ac exigentialiter verus. 52

Exemplum. Unio, qua uniuntur duo extrema, essentialiter et indispensabiliter exigit coexistentiam extremorum: quod si tamen per impossibile existeret sola unio sine extremis, tunc non uniret actualiter duo extrema, sed tamen radicaliter et exigentialiter: quia servaret ad hunc totam suam essentiam, per quam indispensabiliter exigit ut existente unione extremorum coexistant etiam extrema, quæ ab unione actualiter uniantur. 53

Sic actus supernaturalis fidei divinæ essentialiter indispensabiliter exigit ut obiectum à se repræsentatum tale sit, qualiter ab actu supernaturali repræsentatur: quod si quod per impossibile obiectum aliter se haberet, quam ab illo actu repræsentetur, nihil omnino ad hunc actum supernaturalis fidei servaret suam essentiam, per quam exigit conformitatem actualem cum obiecto, et licet non formaliter esset verus, maneret tamen verus exigentialiter.

Corollarium 2dum. Si actus supernaturalis fidei divinæ de se ipso affirmaret, ac diceret: ego sum verus, talis actus fidei divinæ esset formaliter verus per suam solam entitatem: verum hoc contingeret per accidens, quia sicut hic actus non haberet obiectum à se distinctum; et deinde esset essentialiter conformis obiecto, quod haberet ac id, quod requirit ad formalem veritatem: est enim impossibile ut actus aliter se habeat, quam de se affirmet; et hoc totum habet per suam essentiam; quod totam actualem et formalem veritatem habet per suam entitatem et essentiam. At verò si obiectum differt ab actu, tunc conformitas actualis non identificatur adequate cum actu, sed consistit etiam in obiecto,

quod obiectum ponimus realiter distinctum ab actu

Corollarium 3tium Idem cum proportione dicendum est de actibus quorum sunt circa materiam necessariam. eg. cum dico: homo est animal. est enim impossibile ut existat talis actus, qui sit verus. et hoc totum provenit a materia, quae si impossibile aliter se haberet, maneret quidem actus ille exigentialiter verus, formaliter tamen esset falsus, non ob aliam rationem, quam quia de obiecto aliter pronuntiaret, quam obiectum mereatur.

Corollarium quartum propositiones negativae verae non constituunt obiectum materiale, sed per obiectum formale. eg. cum dico. Deus non potest peccare. huius propositionis veritas non constituitur per peccati existentiam, sed potius per peccati negationem: nam propositio negativa opponitur propositioni affirmativae; quo sicut veritas propositionis affirmativae requirit existentiam obiecti materialis, ita propositio negativa requiret negationem existentiae eiusdem obiecti: et haec negatio est obiectum seu motivum formale propositionis negativae; ideo enim vere negatur De Deo peccatum quia in Deo est negatio peccati: et ut vere possit dici: Deus peccat. requiritur ut peccatum existat in Deo. quo ut vere dicatur Deus non peccat. requiritur negatio peccati. Videantur quae diximus 53 de obiecto enuntiationis

54 Corollarium quintum sicut propositiones aliquae sunt essentialiter, ita quaedam sunt essentialiter falsae: tales sunt omnes propositiones impossibiles. eg. cum dico: homo est lapis. Deus est blasphemus Leo est rationalis.

Ratio. quia ratione materiae ita repugnat conformitas obiecti cum talibus cognitionibus, ut simpliciter et absolute nunquam possit dari talis actus conformis suo obiecto, quo radicaliter semper est falsus.

Quod si per impossibile obiectum ita se haberet, sicut actus de obiecto pronuntiat, tunc esset formaliter verus, et radicaliter falsus.

Unde ulterius colligi potest pari ratione philosophandum esse, de falsitate formali, sicut de veritate formali philosophati sumus.

Ratio ultimata est, quia veritas formalis consistit in conformitate actuali actus cum obiecto: et quia falsitas formalis consistit in actuali

difformitate actus cum obiecto. Atque tam conformitas quam difformitas est relatio praedicalis, quo cum omnis relatio praedicalis sit denatio partim intrinseca partim extrinseca, sequitur evidenter tam falsitatem quam veritatem formalem esse denatione partim extrinseca partim inseca.

SECTIO SEPTIMA

An propositio semel vera possit transire in falsam.

SUBSECTIO PRIMA.

Quaedam praenotantur

Adverte 1mo in sententia illorum auctorum qui asserunt veritatem esse cognitioni essentialem certum esse quod cognitio vera non possit transire in falsam. Ratio evidens est, quia cognitio non potest mutare suam essentiam. atque si cognitioni essentiale est esse veram, et hoc non obstante transiret in falsam, tunc mutaret suam essentiam: quod cum impossibile sit, etiam impossibile erit, ut supposita horum auctorum sententia cognitio semel vera fiat falsa. 55

Adverte 2do praesente quaestione procedere tantum in nostra sententia quod scilicet veritas formalis sit denatio partim inseca partim exseca consistens in conformitate actuali cum obiecto: circa quam conformitatem ulterius notandum est non esse dubium quin eadem invariata cognitio, quomodo est conformis obiecto potuisset produci etsiamsi ~~obiectum~~ aliter se habuisset, quam cognitio de illo pronuntiet: adeoque non dubitamus hic nec controvertimus, an cognitio quomodo falsa est, potuisset ab initio suae productionis ex defectu status abrupti esse falsa; uti colligi potest ex superius dispositis.

Adverte 3tio controversiam praesentem procedere ex suppositione illius sententiae quae asserit cognitiones esse actus permanentes, et durantes ~~et~~ 56

plura instantia. Nam si cognitio (utinam alibi trademus) sit duratio tamen existens per unicum instans, cui instanti est essentialiter alligata, tunc evidens est eam non posse transire ex vera in falsam, ut eam ex vera fiat falsa, dum in uno instanti existere vera, et in alio instanti esse falsa; si ergo tamen per unicum instans posset existere, et in sequenti instanti necessario destrueretur evidenter sequitur non posse transire ex vera in falsam.

Advertite 4to. propositiones contingentes affirmativas significare tempus loquentis: eg. cum dico in instanti A petrus studet. sensus huius propositionis erit, quod petrus studeat in instanti A. Et hunc sensum servat etiam in reliquis instantibus secuturis, in quibus haec eadem propositio perseverat, sive petrus in sequentibus instantibus studeat sive non studeat; nam de illis instantibus haec propositio nihil enuntiat, sed tamen affirmat Petrum studere in instanti A: hinc si petrus in hoc instanti studeat, semper haec propositio vera erit in quocunque instanti prolata, quam semper conformis obiecto.

Advertite 5to quasdam propositiones non enuntiare aliquid de tempore determinato, sed indefinite dicere, quod obiectum detur vel non detur tali vel tali modo eg. quod petrus sit probus non determinando instans: et tales propositiones involvunt tacitam conditionem, sub qua affirmant aliquid vel negant. Talis propositio est haec: Adolescentes, qui modo sunt in schola audiunt logicam. haec propositio vera est de omnibus nunc praesentibus, et tamen ad eius veritatem determinate non est necessarium, ut hi ipsi qui modo adsunt, sint praesentes: si enim alii adessent, tunc de aliis verificaretur: ergo huic propositioni perinde verificari in Paulo ac in Petro, facitque hunc sensum: aliqui existunt in schola: et quicunque illi sint, audiunt logicam. Unde si Paulus et Franciscus existant in logica, de illis verificabitur: quod si nullus omnino existeret in schola, tunc foret absolute et simpliciter falsa.

Advertite 6to cognitionis efficaciam esse, ut sit vitalis ac fortis imago seu repraesentatio obiecti.

Unde sicut impossibile est ut mutet suam essentiam, ita impossibile est, ut modo sit fortis ac vitalis representatio petri currentis pro instanti A, et modo sit vitalis representatio ac imago Pauli currentis pro instanti B: sed quod haec cognitio semel representat, id semper representat. Sicut effigies Turcae semel representans Turcam, illum semper representat. Sic, cum quis in Calendario legit hodie, quod 1mo Junij sit futurum pentecostes, id quod legit, verissimum est, pro anno hoc currentis saeculi et haec scriptura quandocunque legatur, semper loquitur de 1mo Junij, et nunquam representat alium diem. Pari modo se habet respectus cognitionis ad tempus in quo profertur, vel pro quo enuntiatur: nam si semel enuntiet de instanti A, semper de eodem debebit intelligi. Exemplum. Ante bis mille annos vera fuit haec propositio: Christus nascetur intelligendo instans nativitatis, et illud tempus praecedens, in quo haec propositio facta est: et ideo etiamnum prolata vera est propositio quia semper sub intelligitur instans illud prolationis, quod Verbi Divini Christi incarnationem praecessit. his notatis

Prima sententia est propositionem semel veram transire in falsam ex sola mutatione obiecti. Ita sentit Suarez d. 8 met. 52 nig.

2da sententia est, quod propositiones habentes determinatum tempus, de quo suum obiectum affirmant vel negant, non possunt de veris reddi falsae: habentes vero tempus indefinitum pro quo obiectum affirmant, vel negant possunt de veris transire in falsas.

3tia sententia et communis negat universim, posse cognitionem semel veram reddi falsam.

SUBSECTIO 2da.

Nostra sententia proponitur.

Dico 1mo propositio de obiecto enuntians pro determinato tempore non potest de vera transire in falsam. Ita docet Nostra et est sententia communis recentiorum. pro conclusione. Ut cognitio qua dico: petrus currit in instanti A transeat de vera in falsam, deberet hoc fieri vel propter hanc rationem quod petrus in eodem instanti A modo currat,

modo non currat: quae ratio implicat, vel deberet fieri propter hanc rationem, quod eadem cognitio modo loquatur de instanti A, modo de instanti B, sed etiam hoc implicat, ergo quod essentiam cognitionis, ut paulo ante viding, quo non potest illa cognitio semel vera reddi falsa.

Dices: propositio supra facta dicebat: Petrus currit in instanti A quo in instanti B non amplius vera erit; sed potius dicendum erit, Petrus cucurrit. Respondeo hanc cognitionem tantum veram esse quatenus profertur pro instanti praecedente actualem cursum Petri, et licet haec cognitio duraret per mille instantia, semper tamen maneret vera, quia per omnia mille instantia semper accipitur ut prolata in instanti praecedente actualem cursum Petri. quatenus tamen respicit sequens instans B recte dicitur: Petrus cucurrit sub intelligendo in instanti A praecedente: Ex tamen neutiquam sequitur quod illa cognitio fiat falsa; imo potius infertur quod maneat vera: quia semper eodem modo repraesentat cursum Petri pro instanti A; Et si insequenti instanti B Petrus non curreret, nihil omnino cognitio esset vera, etsi enim in instanti B non existeret cursus Petri modo existat in instanti A adhuc verissimum erit in instanti B dicere Petrum currere in instanti A. Unde

58 Recte observat Arriaga denationes sequentes esse de praeterito esse de praesenti et esse de futuro tamen esse denationes extrinsecas. Hinc illa propositio quae affirmat Petrum currere in instanti A ante adventum instantis A dicitur de futuro: eadem cognitio praesecurans in instanti A dicitur de praesenti: et ipsissima cognitio post elapsum instans A dicitur de praeterito, etsi in cognitione nulla prorsus facta sit mutatio intrinseca. Itaque tota esse propositio de futuro, de praesenti, vel de praeterito est denatio extrinseca, desumpta a certo statu temporis. Vide Arriaga d. 14 loca 52 sub 3 s. n. 50 ubi hanc materiam fuse et prolixe declarat.

Dico 2do propositio contrarius aliqui ex tempore indefinito, si propositio semel ex vera, numquam amplius potest transire in falsum. Pta Doctor Sara loco citato. Probat cum dico. Petrus aliquo die cucurrit hoc est propositio definitiva faciens hunc sensum: Petrus cucurrit vel hoc die, vel alio. quando ad verum sit, sufficit quod fuerit cursus Petri sive hoc, sive illo, sive alio die, quia cursus tunc sit ille dies: semper ad propositio eodem modo repraesentat cursum Petri ex tempore aliquo indefinito: go si in aliquo die cucurrerit quia cursus sit ille dies, ergo vere repraesentabit illum cursum petri, et numquam non repraesentabit go ~~ff~~ erit vera.

Ex dictis colligo, quomodo adhuc vere sint revelationes divinae prophetiae veteris testamenti facta qualis est haec Christus nascitur ex Virgine. haec inquam prophetia prophetiae et patriarcharum testamenti facta ~~ff~~ etiam nunc vera est quatenus repraesentat illud tempus, quo facta est ad haec prophetia non facta est hoc tempus, quo ego dicto logicae, sed facta est tempore ad incarnationem Christi divini fuisse: etsi ea cognitio quae prophetae assensi sunt revelationi in veteri testamento adhuc hodie existeret sine dubio adhuc hodie ~~est~~ vera, ita eo modo repraesentaret futuram notificatam Christi quo modo semel repraesentavit: go si semel vere repraesentavit, ~~ff~~ vere repraesentat.

Objici pt haec propositio. q fuit in schola, peribit. Haec propositio verificabit nunc de Joanne, q est in schola: si Joannes non ad est in schola non verificabit de Joanne, sed de Francisco, si hic adest: go eadem propositio pt ita repraesentare Joannem, ut etiam possit non repraesentare, et loco illius repraesentare Franciscum: hinc a facta repraesentatione obiecti non est cognitionis esse. Re hanc propositionem repraesentare Joannem et ~~fu~~ i Hadelicet non adest Joannes, non est eum repraesentabit haec cognitio, sed non sub additione hoc modo: si Joannes est in schola, peribit. et haec repraesentatio obiecti cognitionis esse, sed sic inquam proprie obiectum, non cognitio pt nondum hoc, modo illud obiectum repraesentare: sed ordo dicendum obiectum non semel repraesentat, absque cognitione ~~ff~~ proprio modo repraesentari.

Quod à verificet hæc cognitio in Joanne et Francisco, hoc illi è extrinsecum, uti explicuimus in materia de fide veritate propositionum, ubi aspersum è, aliud esse repræsentare, et aliud esse, conformiter obiecto repræsentare; nam hæc posterius è cognitioni partium conscientiæ, illud prius verò adequate cum cognitione identificatur.

SECTIO SAVA.

An propositiones de futuro contingenti habeant determinatam veritatem.

§ I

Præmittuntur quædam advertenda.

62 Advertendum 1mò quasdam res vere et absolute dici futuras: quasdam tamen conditionate. Res quæ absolute futuræ sunt, dicuntur illæ, quæ non meræ sunt possibiles, sed ita sunt possibiles, ut aliquando etiam existant: ex. Antichristus: extremi judicij dies &c. Res tamen conditionate futuræ sunt illæ, quæ possibiles sunt, ut nunquam erunt; erunt à existuræ, si poneretur certa conditio, à qua illarum existentia dependet: ex. Antichristus quæsitus nunquam erit, et à futura, si poneretur certa conditio, sub qua à Deo videtur futura quæsitio Antichristi: sic multorum hominum salvatio tamen erit conditionate, scilicet si desistant à peccatis; nam sub hac conditione videt Deus illos hoc salvandos: quod si vero hanc conditionem non ponant, tunc illorum salvatio non erit absolute, sed tamen conditionate.

Advertendum 2dò quasdam res esse futuras necessario, quasdam tamen contingenter. Res necessario futuræ sunt, quæ continentur in sua proxima et adequata causa, quæ positis omnibus ad agendum requisitis, non potest non producere effectum, sed illum necessario producit: et talis effectus antequam existat dicitur futurus necessario, quia continetur in aliqua virtute antecedenter existente in talibus circumstantiis, in quibus non potest non produci: sic lux solis cras producenda dicitur futura necessario, quia continetur in sola, quæ cras oriturus necessario producit lucem.

Res contingenter futuræ sunt, quæ positis omnibus ad producendum requisitis possunt non produci, quantum è ex parte causæ: sic actus peccaminosus

ut à libera voluntate id deducat, disjungi vel actum primum potentiae
naturalis et ad agendum necessitata posita sint; Unde est et soli effectus
liberi poenitentiae vocant, quae disjungent futuri.

Adverte 3tio necessitatem una cum vocari antecedentem, alias dici
consequentem. Necessitas ang. è, quando effectus aliquis ita ab aliqua
causa prima impedita ad agendum, et quantum è ex parte causae, effectus
id pótest non poni. Necessitas sequens è, quando infertur ex suppositione
effectus: e.g. ex suppositione quod eum videat, non possit non videre; posse
quidem absolute et simpliciter à videndo cessare, et ponere hypothesi
non videre, impossibile è ut non videat, atque simul videre et non videre,
quod implicat: et ideo dicitur habere mere simultaneam potentiam, hoc è,
dicitur habere potentiam videndi, et potentiam non videndi. non tamen dicitur
habere potentiam simultatim, hoc è, non possit simul et semel videre
et non videre. Aliqui dicunt (et recte id quidem) me habere
potentiam videndi, et non videndi in sensu diviso, hoc è me habere
potentiam vel hoc videndi vel hoc non videndi: negant vero me habere
potentiam videndi et non videndi in sensu composito. Id è negant me
nóe ponere videtione cum cessatione videtionis. Sed quis peccans
dum actualiter peccat, habet potentiam non peccandi in sensu diviso; pótest
non peccatum omittere, et loco illius eliciere actum virtutis, vel omnino
ab omni actu abstinere. Non tamen habet potentiam non peccandi in
sensu composito, hoc è, non potest cum peccato ponere negationem peccati:
sed non ponendo duo disjunctivia. Et haec bene notandum sunt.

Adverte quod hic quaeri an propositiones contingentes futuro
sint veras, et de una ex illis posset dici: haec propositio determinatè
est contingens vera. e.g. haec quaestio: antichrist peccabit. de hac
ergo et huic similibus propositionibus quibus an dum illae sint veras,
sint determinatè et contingenter veras.

Adverte quod ut sit an peccatum contingens futurum, sit futurum determinatè,
ultro à nobis gesta, et ut inducenda necessitas consequens non tollat
libertatem, ut infra videbimus. Ad igitur quidem à nobis ut inducenda
haec necessitas consequens, non vero antecedens, non pugnat cum
libertate hic notandum.

Jma pertia è propositio contingens futura non dicitur determinata vera,

aut determinate falsas. Ita docent Chatering. Aureolus apud Phasquez 1 parte d. 66 Molina 1 parte quaestione 14 articulo 13 d. 17 Fonseca 4 met. c. 7. Bellarmin. Tomo 3 de gratia c. 5. Henricus Henriquez lib. 1 de fine hominis c. 4. quos citat Arriaga. Hi tamen omnes concedunt quod cognitio divina de futuris contingentibus sit determinate vera: solum docent cognitionem creatam de futuro contingenti nec habere determinatam veritatem, nec determinatam falsitatem.

2da sententia S. Thomae Patris Suarez Phazquez Mendoza Arriaga, et communis RR. actam certa ut Ruiz d. 203 de scientia Dei 52 dicat esse proximam fidei: imo sententiam huic oppositam non carere erroris periculo. Hi omnes ergo dicunt propositiones de futuris contingentibus esse determinate veras, vel determinate falsas.

§ II

Secunda et communis sententia defenditur.

63 Dico ex propositionibus contradictoriis de futuro contingente una est determinate vera, et altera determinate falsa. Probo 1mo ex sacra scriptura Joannis 13 ubi Christus suis Apostolis dixit. Amen dico vobis: quia unus ex vobis tradet me. Hoc loco Christus fecit propositionem de futuro contingente: utique enim contingens et liberum fuit Judae scariot ut Christum morti traderet; atque illa propositio Christi fuit determinate vera; ergo propositio de futuro contingente est determinate vera.

Item quod Petrus eras peccet, est contingens: hodie tamen Deus certo videt Petrum eras peccaturum. Supposita hac scientia infallibili Dei, si ego hodie dicam, Petrus eras peccabit faciam propositionem de futuro contingente determinate veram: nisi enim determinate vera esset, tunc scientia Dei posset falli. Quod si verò scientia Dei falli non possit (uti docet fides Catholica) sequitur hanc propositionem à me factam non posse esse falsam supposito quod Deus videat Petrum eras peccaturum.

Probo conclusionem 2do, quod Petrus hodie peccet est contingens: et hodie verum est absolute ac determinate quod Petrus peccet: ergo qui heri dixisset: cras Petrus peccabit, dixisset verum: ergo fecisset propositionem de futuro contingente determinate veram.

Probatur 3tio repugnat, ut ex 2 cognitionibus eidem obiectum eodem modo affectibus neutra sit vera, et utraque falsa. Ponamus igitur quod Deus dicat: Petrus cras peccabit nunquid verum dicit? non potes negare. Quod si ego idem dicam hodie, quod dicit Deus, nunquid et ego verum dicam? utique. Hinc autem evidenter sequitur, meam propositionem de futuro contingente (hoc est de peccato Petri futuro) esse determinate veram.

Probatur 4to propositio qua dico: Petrus cras peccabit secundum adversarios non est determinate vera. Hinc infero ego: ergo et determinate falsa: probo sequelam. illa propositio determinate falsa est, quae determinate affirmat aliquid futurum, quod non est determinate futurum: atque haec propositio affirmaret peccatum Petri cras determinate futurum, quod peccatum iuxta te non erit futurum determinate, ergo facta propositio erit determinate falsa. Quod si semel concesseris, propositioni de futuro contingente determinatam falsitatem, non superest fundamentum negandi eidem determinatam veritatem: quia ratio probans has propositiones non esse determinate veras, etiam probat non esse determinate falsas, ut apparebit examinanti.

§ III.

Solvuntur obiectiones

Obiicit primo Aristoteles libro Perihermenias capite 8 lib 6. sed cum haec materia gerat fidem divinam, recte hic seponit et deserit auctoritas Aristotelis quem Hurtado, Mendoza hic § 98 ait esse inexcusabilem male sensisse de Deo in Physica errasse inepte et non esse locutum consequenter. Patet Convalonerius ait Aristotelem non posse ulla ratione probabili excusari. consentit S. Augustinus 9 libro 5 de civitate Dei c 5 quod Aristoteles et Marcus Tullius Cicero ait quod hominis fecerint sacrilegos ut facerent liberos, quia propter nostram libertatem tuendo negarunt Deo providentiam futurorum, quae maxima blasphemia, et sacrilegium est.

Obijcitur 2do si propositiones de futuro contingenti essent determinate verae, vel determinate falsae, tunc tolleretur contingentia veritatis, et nihil amplius tamen contingentis verum esset, sed fierent omnia necessario: si enim hodie determinate verum est quod Petrus cras sit peccaturus, ergo Petrus cras non poterit non peccare: ergo si cras peccat, peccabit necessario, non contingenter. Si enim peccaret contingenter, tunc absolute posset non peccare.

Rx primo distinguendo sequelam: sequitur quod omnia fierent necessario necessitate consequenti concedo sequelam, necessitate ante nego sequelam. Rx oportet ex advertendo 3tio prioris §, in quo ostensum est quod necessitas consequens non obstet libertati, utpote quod tamen fit ex supposito omne effectus futuri ad necessitatem a antecedente, per quam voluntas libertas voluntatis tollitur non sufficit effectum fieri necessario ex suppositione, sed ulterius requiritur, ut posito toto actu primo proximo causae agenti non amplius liberum sit ut agat vel non agat.

Rx 2do Toto eo determinatum alicuius rei summi 2plicitur. primo potest res dici determinata in sua causa proxima, et tunc simpliciter dicitur res illa fieri necessario. sic quod apertis oculis lucente clarissima luce habet ante se colorem, et paratum Dei concursum ad producendam visionem coloris ex non potest non videre colorem, vaque visio dicitur determinata in sua causa proxima, adeoque fit simpliciter necessario.

2do potest dici determinatus effectus in se, et ex suppositione sui. atque hoc modo non simpliciter fit necessario, et haec necessitas non obstat libertati: e.g. ex hypothesi quod peccet, non potest stante hac hypothesi simul non peccare. Potuisset quidem peccatum omnino omittere, et non peccare, in sensu diviso, non tamen in sensu composito. quod totum, uti priori § explicuimus non tamen non obest libertati, sed potius supponit me libere peccare, non tamen potest cum peccato iungere omissionem peccati, uti extrinsecus certum videtur.

65 Dicis quod futurum est, non est praesens, quod non est praesens, non est determinate verum. ergo quod est futurum, non est determinate verum.

Rx negando minorem. nam veritas falsitatis est determinatio loci, non requirens ut omnes suae partes simul actu existant.

sic Damus vocatur antiqua à praeteritis durationibus, quae non amplius existunt. sic Dies hodierna est prior die crastina non dum existente. sic ego dicor prior homine post annum nascituro, licet homo ille nec dum existat.

Objicitur 3tio haec sententia tollit hominis libertatem, quod est haereticum. 66
probatur ans. Deus ab aeterno scivit petrum peccaturum: et haec scientia Dei est infallibilis; ergo ab aeterno fuit dominate vera haec propositio: petrus peccabit. Quod si petrus non peccasset, sicut plane potuit peccatum libere omittere, tunc ab aeterno fuisset vera haec propositio priori contradictoria: petrus non peccabit. Cum ergo duae propositiones contradictoriae non possint simul esse veraeque, sequitur in potestate petri non esse ut non peccet, quod repugnat libertati, et est haereticum.

Rx fuisse semper in potestate petri et libertate antecedente ut non peccet, non tamen fuisse in illius potestate consequente.
Sensus huius responsionis est iste. Antecedenter ad positionem peccati petrus semper fuit liber ad peccandum, nam petrus non ideo peccat, quia Deus videt futurum peccatum petri: sed ideo Deus videt futurum peccatum quia petrus libere peccabit. adeoque petrus non peccat necessitate antecedente, sed tamen ex necessitate consequente, et ex sola suppositione peccati libere ponendi, quod nequaquam repugnat libertati: sicut ego nunc libere dicto, et si stante hypothesi quod dicitur, non possim non dictare. Hinc ergo peccandum ponendum est prius prioritate logica, quam sit scientia Dei, quam Deus habet de peccato ponendo, et plus non infertur ex argumento facto, quam quod petrus non potest non peccare ex hypothesi quod peccet: quae tamen est necessitas consequens optime compossibilis cum libertate hominis, ut communiter docent Theologi.

Dices: non amplius est in potestate petri reddere illam propositionem falsam, qua Deus à tota aeternitate infallibili scientia cognovit petrum peccaturum. 67
Rx cum distinctione. petrus non potest amplius illam propositionem reddere falsam in sensu composito, concedo ans.

In sensu diviso, nego ans. explico responsionem.
Petrus stante hypothesi quod peccet, non potest non peccare, quae est sensus compositus. Potuisset tamen absolute et simpliciter sublata hypothesi non peccare quae est sensus divisus. Igitur absolute in potestate Petri est, facere ut illa propositio sit ab aeterno falsa, si videlicet non peccaret: tunc enim ab aeterno vera esset haec propositio: Petrus non peccabit: et illius contradictoria affirmativa fuisset ab aeterno falsa. igitur credendum est in libertate Petri esse facere ut Deus ab aeterno vel videat futuritionem peccati, vel eiusdem negationem.

68 Instabis: quod semel fuit, non possum facere ut non fuerit: ergo si propositio de futuro contingenti ab aeterno fuit vera, non est in mea potestate facere ut non sit vera. Rx distinguendo Mai: quod semel fuit ex hypothesi id non possum facere ut non fuerit stante hypothesi quod aliquando sit de praesenti, Concedo Maior. non possum facere ut non fuerit sublata hac hypothesi nego Mai. et sub eadem distinctione nego consequentiam. Ergo in potestate Petri facere, ut nunquam de praesenti vere dicatur: Petrus peccat: ergo est in potestate Petri facere, ut nunquam vere potuerit dici: Petrus peccabit

69 Urgebis. facta revelatione Christi, qua praedixit Petro ter me negabis non amplius fuit Petro liberum negare Christum: si enim hoc fuisset illi liberum, tunc Petrus stante revelatione Christi potuisset illum non negare: ergo in libertate Petri fuit falsificare revelationem Christi: quod implicat. Rx ut prius: facta revelatione non fuisse Petro liberum ad peccatum negationis ex suppositione peccati, concedo. Independenter ab hac suppositione, nego.
Nam revelatio supponit liberam futuritionem peccati; neque ideo peccat Petrus, quia Christus hoc revelavit, sed ideo Christus hoc revelavit, quia fuit infallibili scientia Petrum libere peccaturum. habet igitur Petrus simultatem potentiae, non vero potentiam simultatis ad peccandum et non peccandum.

Et licet revelatio semper fierat per ministerium Petri, nihil omnino fuerit
dictum peccati superioris logice ad revelationem de peccato, neque
quidquid revelari peccatum constituunt, nisi independenter ab hac re
relatione constituunt fuisset: aliqua ad Deum multa dependentia
revelationis à peccato, et peccati à revelatione: cuiusvis implicantia
pro loco expendenda. plura de hac difficultate disputant Theologi,
nos illa attigimus, q ad forum nostrum spectant.

Objicit tu ultimo hanc propos: si cras pluat studebo.
Ponamus cras non pluere, et me non studere: in hoc casu facta propos
nec erit determinate vera, nec determinate falsa. non vera: qa affirmat
me velle studere. Non falsa, qa non sub conditione futura
pluviae affirmat aliquid. Propos cum non purificata adiuncta conditio, non suffici
calitis propos. consequenter nec erit determinate vera, nec determinate falsa.

Re ipsa propositiones de futuro non conditionate, et forma mancae futuro
sub conditione, nempe si pluat, et ego studeam: qa si non dicat purificata
conditione non studeam, fore erit falsa.

Dicis: possum hodie huic mihi ponere qd velim cras studere subconditio
one, nempe si pluat: et tu cras Christi pluat prim mutare hanc mentem,
et non studere: qd hodie non potest adhuc fieri, an propos facta est determinate vera
vel falsa: qa non fuit an factia nec sine mutatione.

Re ne possit qdm libere mutare cras factum, interim tamen Deus cui
hodie immutabiliter fiere an sine mutatione mentis vel non: si immutabo
libere, tunc ista hodie erit propos falsa. si non immutabo, tunc ista hodie
erit determinate vera. Hinc non non poterit qd hodie mentiar, si cras libere
immutet meam mentem, nam mentiri est loqui qd mentem, si qd hodie fieri
et ex mente proferri qd velim cras studere, ergo si cras immutet mentem
non licet hodie mentiri, licet tu fecisse hodie propos falsa.
Vti diligenter notandum est, illos curare, qui putant se posse stare ex
mendacium: et non possibile dici, esse is, qui facit propos falsa, non loquatur
qd mentem suam.

Potest fieri mendacium qd proferit fortitis vera, modo fiat qd mentem
loquatur. eg Petrus putans paulum esse domi, licet paulus non sit domi,
dicit tu qd mentem, qd paulus sit domi. et talis autem petrus mentitur licet
verum dicat: nam mentitur est, qd paulus non sit domi, qd petrus proferitur verum mentem.

Et si fi omnino id certo putaret paulo ñ eo domi, et parte
hac opinione, bona fide et mente diceret: paulo ñ domi
id mentiretur, qui loquereth ex mente, diceret id falsum, eo quod negat
aliud esse quod est. Fit multi homines docti et memorabile ingenium
audientes aliud narrari ut fieri eq. quod fuerunt ex pt oaffy
dum bona fide dicunt Rex Francia deffy et dicunt quod falsum
id id mentiretur, qui ñ loquuntur ex mente. Vnde colligis illos
pueros, qui ex mente contradicunt aliud negant, quod id fiunt ex fictis
spirit mentiri, sed de hac plura alias.

SECTIO QVARTA.

De equipollentia

Hic plenius mea de propositionum oppositione, sed cum ista ab
initio huius anni in formulis Dialectici ideo hic pertransitto et de propositionum
equipollentia pauca subdo, cum id usq in systemo prime tractandum
frequenter eo pt, maxime in oppositis, quae

7° Adunete partes Non nocuit à Philip malignantis nisi idem
quod imutat solum pars inuenit, hinc si proprietas toti propositionis
mutat illatam quo ad quantitatem, quatenus ad qualitatem, facitque affirmatiua
tiua certi negatiua partes et è ex quod si à hac partes negatiua
sit copulae et immediate, mutat solum qualitatem. Vnde
Deducit ipso hanc partem negatiua sit ita toti propositioni fauere illam
disiunctiua priori eq. si huic propositioni: ego ho è and sit copulae partes
reddit disiunctiua illa et facit hanc sensum: aliquis homo ñ è and
pho, nam haec partes facit ex certi affirmatiua partes negatiua:
aly haec superior è disiunctiua priori: ergo partes negatiua sit toti
propositioni facit illam disiunctiua.

7° Deducit ergo partes negatiua posita immediate copulae propositionis
certi fauere illam priori sicut pho. quia imutat solum qualitatem et
relinquit quantitatem, ergo utrique è certi, una qui affirmatiua, altera negatiua,
ergo contradicunt inter.
Deducit 3tio partes Non sit immediate copulae propositionis partes
fauere illam priori sub gratia. pho. quia imutat solum qualitatem et
relinquit totam quantitatem: igitur utraque manebit partes una qui
affirmatiua, altera è negatiua, ergo contradicunt propositiones sub gratia, ut patet ex fundis
Deducit 4to partes negatiua sit posita ante copulam relinquere
qualitatem propositionis. eg. propositio 4a dicit aliquis homo currit è affirmatiua.
Si huius propositionis copulae sit sit partes negatiua reddit ei propositio
negatiua sicut haec, aliquis homo non currit, quod si huius ultimae propositionis
iterum addit partes negatiua sit immediate copulae reddit affirmatiua.

Nam haec particula mutat qualitatem propositionis; ergo ex negativa facit affirmativam: uti constat ex certo axiomate philosophico, quod scilicet 2 negationes faciant affirmationem. Unde ulterius quivis facile colliget, quomodo una propositio possit reddi alteri aequipollens, pro quo conducent sequentes regulae.

Regulae aequipollentium.

Regula 1a. Particula negativa praefixa toti propositioni reddit illam suae contradictoriae aequipollentem. exemplum. Omnis homo currit praefige huic propositioni particulam negativam dicendo: non omnis homo currit haec aequalis isti: aliquis homo non currit, atque ista propositio est contradictoria primae scilicet huius: omnis homo currit, ergo vera est regula. 72

Ratio huius rei est, quia hoc modo mutatur propositionis quantitas et qualitas, ergo fit propositio contradictoria primae: sic namque definiuntur contradictoriae; repugnantia duarum propositionum secundum qualitatem et quantitatem.

Regula 2da. Eadem particula negativa posita post subiectum et ante copulam facit propositionem aequipollentem suae contrariae aut subcontrariae. Exemplum. Omnis homo est animal praefige huius propositionis copulae particulam negativam, dicendo: omnis homo non est animal et reddes illam universalem negativam; prior enim est universalis affirmativa: haec vero mutat tantum qualitatem, et relinquit quantitatem, ergo manebit universalis, et ex affirmativa transibit in negativam, fiet huic aequipollens, nullus homo est animal, quae ex contraria priori nam propositio contrariae dicuntur, quarum una universaliter negat, quod altera universaliter affirmat. De subcontrariis cum propositione idem dicendum est. 73

Regula 3tia. Particula negativa Non bis posita ante propositionem, si semel ponatur ante, et semel post subiectum, reddet illam propositionem aequipollentem suae subalternae. Exemplum. 74

Omnis homo ē anl. Praefige huic propositioni 2plicem negationem dicendo: non omnis homo n ē anl haec manebit affirmativa sicut prior: quia 2 negationes faciunt affirmationem. Sed quantitatem mutat, quo utraque erit affirmativa, una vrlis, altera partlis: quo sub alternae erunt, quae habent eandem qualitatem, ac differunt in quantitate.

Solent praedictae rationes tricto et vulgari versu exprimi.

7a Prae. contra dic, post contra, praepostque sub alter

Sensus partla negativa praeposita toti propositioni contradictoriam facit. Eadem partla posita post subiectum facit propositionem contrariam, sed post posita facit sub alternam. Compendiose praeter signa aequipollentia hoc modo poni.

Omnis	Nullus non	Non aliquis non
Nullus	omnis non	Non aliquis
Aliquis.	Non nullus.	Non omnis non
Aliquis non	Non omnis	Non nullus non,

7b Quod si partlae negativae multiplicentur, toties mutabitur qualitas enuntiationis, quoties illa partla praeponetur copulae. e.g. haec propositio Non omnis homo n ē anl habet 2plicem negationem et bis mutat qualitatem huius propositionis qua dico omnis homo ē anl. Una negatio facit propositionem negativam, 2da negatio facit ex negativa affirmativam. Si addatur 3tia negatio dicendo: n omnis homo non non ē anl efficietur iterum negativa, et sic deinceps infinitum. Advertendum tamen ē diligenter, ut partla negativa immediate afficiat copulam; nam si immediate praefigeretur termino categorematico tunc faceret ex termino finito infinitum, et non mutaret qualitatem propositionis. Tales propositiones sunt haec omnis homo ē anl omne anl ē substantia.

omnis substantia est ens, quae manent universales affirmativae, si particula negativa immediate praefigatur subiecto hoc modo: omnis non homo est animal. Sed non animal est substantia omnis non substantia est ens. De qua re fusius dictum est in formulis.

SECTIO DECIMA

De conversione propositionum.

Cum in omni propositione inter praedicatum et subiectum affirmetur vel negetur identitas, necesse est ut subiectum cum praedicato nectatur per identitatem, vel ex defectu identitatis disiungatur: est autem impossibile ut subiectum ~~[illegible]~~ nectatur praedicato et non est quod praedicatum nectatur subiecto. Unde per transpositionem terminorum potest propositio quaeri servata eadem veritate et sensu propositionis, mutatis praeterea inter se et transpositis terminis.

Definitur Conversio: duarum propositionum unius ad alteram per extremorum transpositionem necessaria consequentia. eg. omnis homo est animal, ergo aliquid animal est homo. ubi videlicet extrema huius propositionis transponi, servato tamen sensu et veritate, utraque enim vera est, et prima semper dicitur quaesita: altera quaerens. Atque haec materia conversionis ad syllogismum valde utilis, maxime ut cognoscantur modi indirecti 1ae figurae, et ut 2da ac 3tia figura ad primam reducantur. 77

Conversio simplex est. sublata per compositionem. per accidens. et simplex. 78
Conversio simplex est, in qua tam quaerens quam quaesita conveniunt in qualitate et quantitate, transpositis tamen extremis. exemplum Nullus angelus est brutus. ergo nullus brutus est angelus. Utraque propositio est universalis negativa, sed prioris subiectum est posterioris praedicatum.

Conversio per accidens est, cum quaesita differt a quaerente quoad quantitatem, ita ut una sit universalis, altera particularis. eg. 79

Omnis angelus est spiritus. ergo aliquis spiritus est angelus. omnis homo est ant. ergo aliquid ant est homo. in quibus exemplis videtur quod propositio quarta sit universalis affirmativa, vertens vero sit particularis affirmativa: quemadmodum ergo in qualitate, discrepant in quantitate.

Conversio per compositionem est, quae servata eadem quantitate et qualitate facit ex terminis finitis infinitos. exemplum. omne ant est corpus ergo omne non corpus est non ant. his animadversis sit

80 Conclusio 1a Enuntiatio universalis affirmativa non quertitur simpliciter. prob. haec illatio mala est, qua infero: omnis homo est ant: ergo omne ant est homo. ergo propositio universalis affirmativa non quertitur simpliciter. Ratio est. quia non legitime procedi potest a sensu non distributo ad sensum distributum. atque si propositio universalis affirmativa quertitur simpliciter, tunc procederetur a sensu non distributo ad sensum distributum, ergo non erit legitima illatio. Nam ant in quarta est praedicatum propositionis affirmativae, ergo sumitur non distributive sed disiunctive. In quertente vero idem terminus sumitur distributive, est enim subiectum propositionis universalis: ergo procederetur a sensu non distributo ad distributum, quem modum procedendi utpote vitiosum reiicimus in suppositionibus. Ratio ulterior est haec: quia praedicatum ita debet necti cum subiecto in quertente, sicut nectebatur cum illo in quarta. sed ant in quarta nectebatur tantum disiunctive, ergo etiam in quertente tantum nectendum est disiunctive

81 Conclusio 2da Propositio universalis affirmativa potest quertiri per accidens. hinc bona est sequens argumentatio: omnis homo est ant, ergo aliquid ant est homo. Ratio est, quia ant in utraque propositione nectitur disiunctive cum homine, ergo utrobique bene nectitur: atque haec sequens illatio evidens: subiectum nectitur cum praedicato disiunctive sumpto, ergo praedicatum disiunctive sumptum nectitur cum subiecto.

82 Conclusio 3tia Propositio universalis affirmativa potest quertiri per contrapositionem hoc modo: omnis homo est ant, ergo omne non ant est non homo.

sensus: cuicunque repugnat esse animal, illi etiam repugnat esse homo, quod verissimum est. Nam animal est superius ad hominem: cuicunque autem repugnat gradus superior, seu genericus, illi etiam repugnat gradus inferius seu specificus: quo cum animal sit gradus genericus, homo vero sit gradus specificus, sequitur evidenter id cui repugnat esse animal, non posse esse hominem. Igitur cum in ea propositione affirmativa, (si quidem sit praedicatio ordinata) praedicatum sit gradus superior, vel quartibile cum subiecto, sequitur quod quod repugnat praedicato, etiam repugnet subiecto: quo bona erit quaestio per contrapositionem.

Conclusio 4ta Propositio universalis negativa non potest quaerti per oppositionem. probo in exemplo. Nullus homo est lapis. haec propositio vera est per oppositionem vero sic deberet quaerti, nullus non lapis est non homo sed haec propositio falsa est; nam leo est non lapis, et est non homo, quo aliquid non lapis est non homo: quo absolute falsum est quod nullus non lapis sit non homo. 83

Conclusio 5ta Propositio universalis negativa potest quaerti simpliciter. ex. bona est haec illatio. Nullum brutum est homo, quo nullus homo est brutum. Ratio. quia praedicatum propositionis universalis negativae supponit distributive et connectitur universaliter cum subiecto. quo si ex praedicato fit subiectum, potest adhuc connexio inter praedicatum et subiectum esse universalis: sicut ad subiectum cum cum praedicato connectitur universaliter, ita etiam praedicatum universaliter nexum cum subiecto, si fiat subiectum, necessario universaliter cum praedicato quocum prius nectebatur: quo omnis propositio universalis negativa potest quaerti simpliciter. 84

Conclusio 6ta. Propositio universalis negativa potest quaerti per accidens. Ratio. quia si bona est illatio universalis, etiam bona est particularis: si vera est haec propositio: nullus homo est brutum: multo magis vera erit haec: aliquis homo non est brutum. Nam haec secunda continetur in illa ja, et velut sub alternata in subalternante: sicut igitur ex veritate sub alternatae sequitur veritas subalternantis, ita sequitur ex veritate propositionis universalis negativae, veritas particularis negativae circa idem obiectum. 85

86 Conclusio 7ma Enuntiatio partis affirmativa quaeritur simpliciter. Ratio gelusionis est, quia extrema eius, hoc est praedicatum et subiectum nectuntur disiunctive; et ad hoc nectentur eodem modo si fiat quaestio simplex, eg. aliquid brutum est ane: ergo aliquid ant est brutum. Ubi vides ant tam propositio quaesita quam quaerente sumi disiunctive: ergo in utraque semper nectetur eodem modo cum bruto: ergo talis quaestio legitima est.

87 Conclusio 8va Propositio partis negativa non potest quaeriti simpliciter: eg. haec aliquid ant non est brutum, non recte quaeritur simpliciter hoc modo, ergo aliquid brutum non est ant. Ratio. quia procedit a non distributo ad distributum. nam ane in quaesita non distribuitur in quaerente vero distribuitur, quia est praedicatum propositionis negativae, quod semper supponitur distributive, ut diximus in rebus suppositionum.

Conclusio 9na. Propositio partis affirmativa non potest quaeriti propositione. Et mala est haec illatio formaliter qua sic infero: aliquis angelus est sanctus, ergo aliquid non sanctum est non Angelus: Dixi hanc illationem formaliter non esse veram, nam illatio materialis habetur pro nulla. Probo nunc gelusionem. Propositio partis affirmativa ideo potest propositione quaeriti, quia illius subiectum sumitur distributive. eg. huius: omnis homo est ant cuius subiectum sup est terminus eius, vel quaeritibilis cum praedicato, vel inferior praedicato, si enim esset superior praedicato, tunc praedicatio illa non foret ordinata, uti iam in sumulis dictum est.

At vero in propositione partis, cuius subiectum semper accipitur disiunctive, neque requiritur ut terminus sit inferior praedicato, neque ut sit cum illo quaeritibilis: eg. cum dico: aliquid corpus est ant. corpus est superius ad ant; in hac inquam propositione non potest fieri quaestio propositione. Probo ~~[illegible]~~

Deberet enim corpus esse terminus superior respectu entis; nam si esset inferior, et nihil omnino bona esset quaestio per compositionem, tunc bona foret sequens illatio: lignum est aliquid corpus, ergo lignum est ant. nam quidquid affirmatur vere de termino inferiore, id etiam vere affirmatur de termino superiore, sub quo inferior continetur.

Itaque si aliquando vera est quaestio propositionis particularis per compositionem, tunc erit vera materialiter, non formaliter. sicut sequens illatio bona est materialiter, cum sic infero. homo est mortalis, ergo Deus est infinitus.

Has conclusiones omnes comprehenderunt philosophi sequentibus 2 versiculis.

Feci simpliciter convertitur Eva per acci
Ast O per contra, sic fit conversio tota.

Totum mysterium istorum versuum consistit in vocalibus. per A designatur universalis affirmativa. per E designatur universalis negativa. per I particularis affirmativa. et Denique per O particularis negativa. Itaque feci hoc est E et I designant universalem negativam et particularem affirmativam, ac convertuntur simpliciter. E et A convertuntur per accidens. A et O per compositionem. per memoriam erunt sequentes 4 lineae.

O tantum per compositionem convertitur.
I convertitur simpliciter tantum.
E simpliciter et per accidens.
A per accidens et per compositionem.

Appendix de propositionibus insolubilibus.

Frequens hac anno mentio facta est, et frequens redibit de logica sophistica, quae docet sophismata, seu captiones et deceptiones solvere, quibus tyrones facile illaqueantur.

Uti etiam in syllmo videbimus. Huiusmodi laqueis et de-
cipulae sunt propositiones, quas vocant impossibiles: et harum ex-
plicationem ideo premitto syllmo, ut illum paratiores aggrediamur.

§ Imus.

Explicantur propositiones insolubiles.

1 Ostendimus supra, quod propositio sit actus intellectus iudicativus.
Porro in peculiari sermone probabimus, omnem propositionem etiam contingentem,
esse determinate veram vel determinate falsam.
Hanc veritatem impugnarunt aliqui per propositiones insolubiles,
quas illi ex nostris fundamentis probant esse simul veras
et falsas: quod cum impossibile sit, inferunt illas nec esse
veras, nec falsas; atque sic ergo communem et certam philosophorum
sententiam contendunt evincere veritatem et falsitatem non esse proprie
tates enuntiationis, cum tamen per illas oratio enuntiativa
differat à non enuntiativa. Demus talium propositionum quaedam Exempla

2 Primum exemplum sit hoc. Ponamus meam cogitationem, quam nunc
elicio de se ipsa dicere: ego sum falsa. Quae an hac
enuntiatio sit vera vel falsa? quidquid dicas, impingis. nam
si ais esse veram, ergo insurget sophista, et inferet esse falsam.
sequelam probabit hoc modo. Tu fateris hanc cogitationem
esse ~~vera~~ veram, ergo verum est, quod dicit: atque dicit se esse
falsam, ergo est falsa.
Quod si dicas illam esse falsam, statim inferet sophista,
quod simul sit vera, et sic probabit sequelam.
Haec propositio per se est falsa, quod dicit se esse falsam; ergo
verum dicit, ergo est vera, quia de obiecto suo ita enuntiat,
sicut obiectum est.

Vides, quomodo ad ꝯ̄ dictionem urgearis, quidquid gesseris.

2dum Exemplum. Detur cognitio aliqua priori simillima, 3
quae de se ipsa dicat, ego sum impossibilis. quaeret sophista an
sit vera? si gesseris inferet, ergo est falsa. sequelam ita
probabit; haec propositio affirmat se esse impossibilem, et per te est
vera; ergo vera est impossibilis: sed omnis propositio impossibilis est falsa,
ergo dicam haec est falsa. quod si gaudes esse falsam, ꝯ̄ inferet sophista
esse veram. et probabit sequelam sic. Illa propositio dicit se esse
impossibilem, ergo dicit se esse falsam: atque per te est impossibilis, ergo dicit
se talem esse, qualis est; ergo est vera.

3tium Exemplum sit hoc. Pono mihi me tibi dicere. Tua
proxima cognitio erit falsa. Tu vero continuo subdis et dicis 4
ad me: tua proxima cognitio fuit vera. Ex nunc an
haec tua propositio sit vera vel falsa? si veram esse asseris: ꝯ̄ sic
arguitur, et probo esse falsam. haec tua propositio dicit me ante
dixisse verum; sed ego dixi tuam cognitionem fore falsam,
ergo si dixi verum, et tua cognitio esse falsa.
Et ꝯ̄ si dixeris tuam propositionem esse falsam, è ꝯ̄rio probabit sophista
illam esse veram, et sic discurret. Tua propositio affirmat me
ante dixisse verum, ergo ut tua propositio sit falsa, debes gaudere,
me ante non dixisse verum: atque ego dixi tuam propositionem fore
falsam; ergo si non dixi verum, et oppositum esse verum: sicut quod
tua propositio non sit falsa, sed vera.
Ecce! Labyrinthum, è quo ut eluctaeris opus filo ariadnaeo.
Nolo afferre aliorum minus probabiles Rationes, sed breviter quod
plebeius modi propositus sentiendum sit sequenti § declaro.

§ II

Quomodo ad huius generis propositiones respondendum sit.

5 Notandum primo ex simulis, aliud esse propositionem vocalem, aliud esse mentalem. Prior constat tantum vocibus, praescindendo ab earum significatione. Posterior consistit in conceptu, et interno assensu vel dissensu intellectus. Est enim longe plus iudicare de aliqua re quam tantum ore aliquid proferre. Nam ore primum proferre propositiones contradictorias; intellectus autem non potest iudicare quod propositiones contradictoriae sint simul verae. Sicut enim voluntas non potest unam eandemque simul amare et odio habere ex eodem motivo, ita intellectus non potest iudicare eandem indivisibilem rem esse simul veram et falsam.

6 Notandum 2do omnem cognitionem iudicativam ita in obiectum ferri, sicut obiectum intellectui proponitur: est enim intellectus potentia necessaria, quae positis obiectis ad agendum requisitis necessario agit: unde colligitur implicare illum actum, quo de se ipso dicat, ego iudico me aliter habere quam me habeam: non enim est in potestate intellectus de obiecto aliter iudicare, quam hic et nunc mereatur obiectum recte et sufficienter penetratum: de quo plura in libris de anima hic notatis.

7 Dico. Ad eiusmodi propositiones respondendum esse negando casum. Interroganti ergo sophistae an propositio dicens se esse falsam sit vera? vel an sit falsa? Recte nec esse veram nec falsam, et dic tales propositiones esse impossibiles, si quidem loquatur de propositione mentali: potest illa quidem ore proferri, at non potest anima iudicari. quod autem eiusmodi propositio sit impossibilis

8 Probatur primo. Implicat actus intellectus, qui respectu eiusdem obiecti sit simul verus et falsus: sed talis actus (ut videmus priori §) esset simul verus et falsus; ergo implicat. Maior probatur. Actus falsus non est verus; sed implicat eundem actum esse simul verum et non verum; ergo implicat eundem actum esse simul verum et falsum. Minor certa est, si recte penetretur; nam esse falsum idem est ac: esse defforme obiecto. At quod defforme est obiecto, utique non est obiecto conforme, et quod

non est conforme, non est verum, quod quod est falsum non est verum. Igitur actus qui simul sit verus et falsus implicat.

Probatur 2do Actus indicans se esse falsum habet hunc sensum. Ego indico me aliter esse, quam sim. sed hoc iudicium intellectui est impossibile; est enim intellectus potentia necessaria, quae obiecto sufficienter applicata, et positis obiectis in actu si requisitis, non potest non agere: Hinc sciens certo aliquid esse non potest serio et absque aequivocatione iudicare id non esse. eg. logicus sciens se scribere praesentem materiam, non potest serio iudicare, se illam non scribere: potest quidem ore pronuntiare, non tamen mente iudicare. Praeterea, etiamsi homo aliquis quos rationis libenter vellet iudicare se non habere caput, nunquam tamen serio potest de se ipso tale iudicium habere. Credens quidem potest dicere: ego non habeo caput sed non potest assentiri serio per internum assensum: quod qui non credit alios interroget num habeat caput: et si affirmanti non credat, omnino censendus est carere capite: igitur actus intellectualis, non potest de se ipso dicere: ego iudico me aliter esse quam sim.

Confirmatur: si aliquis serio posset iudicare se non habere caput licet sciat se habere caput, tunc nullum daretur mendacium formale: quia mendacium est actus, quo aliud dicimus, aliud in mente sentimus: si ergo in mente possemus sentire id esse verum, quod scimus esse falsum nullum amplius daretur mendacium: quis enim ut vitaret malitiam mendacii conaretur serio iudicare anno, id esse verum, quod dicit esse ~~falsum~~ verum, sciens esse falsum. hoc est repugnat sacrae scripturae, Theologiae, et communi ac quotidianae experientiae: nam dicit Petrum esse adulterum, sciens non esse adulterum, is sentit remorsum conscientiae, quia locutus est contra mentem. Quod si mente serio sensisset Petrum esse adulterum sciens non esse, non sentiret remorsum conscientiae, quia nihil loqueretur contra mentem. Cum igitur certum sit in eo qui sciens rem gravis momenti falsam esse, tamen asserit esse veram, oriri remorsum in conscientia, signum est illum loqui contra conscientiam, quae illum id circo peccati mendacii arguit.

§III

Quaedam aliae obiectiones solutae

11 Obijci pt 1mo sequens propositio: ens incognoscibile non pt cognosci
haec propositio vera est: quis neget? et simul falsa est, quia dum pronuntio
iam cognosco ens incognoscibile: non enim possum de aliqua re loqui,
quin illam cognoscam: sed loquar de re incognoscibili, ergo illam cognosco.
Unde a sequitur rem incognoscibilem esse cognoscibilem. Itaque eadem
propositio erit simul vera et falsa. pro. ens illud est incognoscibile, ergo
non pt cognosci. et ex altera parte idem ens est cognoscibile, quia actu
cognoscitur, ergo utraque conditio verificatur: et sic erit propositio simul vera et falsa.

Rx breviter dictam propositionem habere sensum tantum conditionatum, scilicet hunc:
si ens incognoscibile existat, non pt cognosci. Unde ulterius sequitur
eum impossibile sit ut existat ens incognoscibile, praedictam propositionem semper
manere conditionatam, et nunquam fieri absolutam. Itaque ens incognoscibile
non cognoscitur absolute, quia absolute non datur: cognosco quidem quod
ens incognoscibile implicet, at vero ex hac nulla sequitur implicantia,
vel absurditas, et eam proinde, ac si cognoscerem chymeram
esse impossibilem, quod fieri potest, evidens est.

12 Dices: quid si ponatur existere ens impossibile? numquid tunc vere cognoscetur?
Rx hanc esse hypothesim impossibilem ex qua immediata sequitur, illud
ens non posse cognosci, ponitur enim explicite in hypothesi esse incognoscibile:
mediate vero sequitur posse cognosci: nam (ut supra vidimus)
ex omni hypothesi impossibili sequuntur contradictoria. aliter ad hanc
obiectionem se longe intricatius respondet Pater Casilius in suis
sumulis. quae vide pt.

Obijci pt 2do sequens propositio. Ponamus me dicere Petrus currit,
et hanc cognitionem de se ipsa reflexe dicere, ego sum vera. de
hac reflexa cognitione redit argumentum sophisticum.
Nam esset vera ex hypothesi, et non esset vera, quia indifferens est ut sit

vera et falsa: est ad impossibile quod sit, vel verum vel falsum, quia simul
est vera, et non vera. Et jure huiusmodi propositio dicitur esse vera, si
potest verum, vel dicitur esse falsa, si potest non verum. Nec est impossibile
posse verum ex hypothesi quod verum: ita non est perito liberum non verum
ex hypothesi quod non verum: ut superius dicta de necessitate antecedentis et
sequentis. Ad 2dum si velim quindere ab omni hypothesi, tunc secundum
modum cognitionem reflexam implicaret abstractum alterum: quia hoc si daretur
talis cognitio in rerum sophisparum, tunc intellectus de eodem obiecto indicaret
eo simul et non esse. De eadem cognitione affirmaret eo simul verum et non verum
quod implicat: id circo negandum est cogitatum, ubi supra de impossibilibus dixi.

Ajunt ad 3dum hoc enuntiatio disjunctiva: si chymera esset
est homo, hoc propositio vera est, ubi facile quidem est. 13
Probatur quod dicat sed falsa. Ratio disjunctiva est vera, quia hoc est falsum.
Probatur ans. Ratio disjunctiva est hoc, si chymera esset, non est homo, et hoc verum
est, quia ratio disjunctiva est falsa: igitur falsum erit, quod Chymera, si esset, est homo:
quia facta propositio erit simul vera et falsa.

Ad 2dam omni hypothesi impossibili sequi duas disjunctivas, hinc quia chymera
esset est impossibile, sequuntur ex eis existentia 2 disjunctivae: atque ideo de
facto 2 disjunctivae propositiones habentes disjunctiones impossibiles dicuntur habere
veritatem disjunctivae, sub disjunctione impossibili et inimaginabili.
Bene tamen notandum est, quod illae propositiones disjunctivae non debeant accipi separatim
et separatim, sed simul et collectim, hoc modo, si esset chymera simul
est et non est homo, seu quod idem est, si esset Chymera hoc ipso simul
esset 2 disjunctivae. Hoc inquam propositio unica est, et vera sub disjunctione
impossibili, idque absolute minime veraces sunt 2 propositiones disjunctivae, sed tantum sub
disjunctione, ut dictum est.
Similes obiectiones ferme infinitae à quoniam excogitari possunt: abumpamus finem
et ad finem adeamus, satis nobis est in hac enuntiationum diversitate rei 14
difficultatem insinuasse, ne nobis aliquis possit difficultatibus dissimulatis
non initiatis tacere. Profecto decet logicum noscere technas sophisparum,
et comminuere multa stratagemata, ac cuniculos penetrare, ne obscuro quoniam
sophismate sub planitiem et risum se exponat.

Breue summarium illarum rerum
quæ connexæ sunt rectæ partium
ad donationibus.

Fundamentum.

Pars è quæ pro alio ablato datur, ~~aliq~~ partibus dicitur posidere dicitur. è quod id sine quo ~~ut~~ habuit quæ pro aliquo, aliquid recipiat, neque dicitur pars, sed tantum commodum exterum.

Membrum primum.

Corollarium primum. Omne quod importat fra hominum partes, quo sola fra publica utilitas gerendi fieri.

Corollarium secundum. Omne donatio sine formali effectu, sine donatione, ~~ipse~~ importat fra nullas partes: ipsum nihil donatum hoc è res figurata quæ nihil ~~d~~ ~~ostendit~~, ~~et~~ fra donantis hominum ~~et~~ partes.

Corollarium tertium. Omne quod importat in obliquo è quod pars totius gerendi inde ~~non~~ non sequitur omne id ~~et~~ dicitur de toto gerendo, non dicitur de ~~omnibus~~ partibus gerendi in recto: sed quandoque, imo plerumque donatio quæ petitur solum recto. eg. ~~albus~~ albus donat dulce, intelligitur de carne hoc è ratio albedinis, non de obliquo: non albedo ipsa quæ importat in obliquo, non recte dicitur nominatur alba: hæc vero ~~et~~ è ratione petitur dicitur bini, hinc donat albus sic vana dicitur remedii quo ad futurum commodum, non vero ad fra, hoc è ipsam commodum ad tempus inquietum, quod non importat in obliquo: Unde ulterius colligo quæsita donationes ut essent quæstionis bini, debite non donatione accipi nec pro semel redupliceatione. eg. non possit domus antiqua quæ habet alteri donare, quia domus antiqua quæ habet in volunt plurimos annos, quæ non dicuntur donari: solum domus quæ habet in plurimos annos existens dicitur donata.

Corollarium quartum. Donationes extraneæ de numero à fra extra ~~fuitur~~ donationis existere: nunquam non procedunt è fra subiecto extraneæ, idcò è extraneæ donationis. eg. vigilio è quod extra murum, quia donatio vigilis ad soli donationi è ~~effectus~~ ad intraneam.

Corollarium quintum. Quam diu manet eminentia non mutatur, hoc è quia diu nihil de nouo producit aut deperit non fit nouum donatio, ~~et~~ idò è ergo dicitur; quæ diu manent eadem, quia ~~et~~ quia diu manent eadem donationes, quia quæ diu nihil producit aut deperit non oriuntur, non fit nouum donatio.

Corollarium 8vum Et eadem cognitio est pars hominis, si homo homo sumatur ex identitate: et est eadem cognitio simul et ista pars eiusdem hominis ipso identitate accepti. Unde inferitur: hic syllogismus: homo est species, ergo est homo, ergo est species: non homo in maiore sumitur substantialiter et cognitione et ita in minore.

Corollarium 9um Quodlibet ens A distinguitur adequate a B, dum A est extra genus B. Hinc nullus gradus unus est extra genus alterius, qua de nullo dici potest quod adequate in sit alter, vel potest ab includere.

Corollarium 10um Quodlibet ens duo sunt a parte rei separabilia quo ad existentiam, ut: Ter est homo, vel ut posita relatione, vel Virtus Divina est Pater Coelestis, signum est, quod distinguantur realiter, qua de utrique vere dici potest: hoc a parte rei non est illud.

Corollarium 11um quod a parte rei non potest cognosci A nisi eodem modo cognoscatur simul cum id quod realiter identificatur cum A. Et non eadem entitas cognosci diversis conceptibus, et sic a se ipsa distingui potest, et ratio distinctionis non fundatur in ipsa entitate, sed in cognitionibus. Poterimus vel una res realiter dicatur distingui et esse fundamentum mere, tamen quod non et diversos conceptus. eg. entitas hominis a parte rei est rationalitas: ita non datur aliqua entitas de qua realiter dici potest quod non sit rationalitas, id circo entitas hominis potest tantum dari conceptus in eius dicatur distingui a rationalitate: ubi diximus in positione prima.

Corollarium 10um Ex dictis ipsis logica in nobis cognitionem, tanquam partem, et est 2da intentio. eg. est genus species differentia propria accidens etc. Hinc quotiescunque cognoscitur genus vel species esse humanum, hic ipso cognoscitur ratio cognitionis, et hoc modo breviter demonstrat. VALE essentialiter humanum includit ex partibus integris, alia una pars illius est cognitio abstractiva; ergo dicitur haec importatur in recto. Quae vero ex partibus integris importatur subsunt denominationi, et tempus ex dicit supra totum, sequitur quod cognitio denuo cognita, filiorum unde esse conceptus cognoscatur.

Eg. Si Vile vel species humana non quod denuo species vel Vile eg. homine, hic cognitio non reflexe cognoscitur, quia tunc non in obliquo importatur; obliquum autem subsunt illi denominationi, quae attribuitur toti genuino:

sic tota cœna dicitur comedi, obliquus tamen non dicitur comedi: sic totus liber antiquus dicitur dono datus, ipsa tamen antiquitas in obliquo importata non denotat donari. Quod doctrina bene observanda est, utpote quod in materiis Theologicis frequenter recurrat.

Corollarium 11 Tantum natura hominis vel leonis eg. denotat virtutis, et non cognitio, quae est forma virtutis: illa enim tamen importatur in obliquo, natura autem in recto, si quidem virtute sumatur denotative, uti priori corollario explicuimus. Est itaque cognitio forma denotans naturam unam, et virtutem, licet ipsa non participet hanc denotationem; sicut cognitio qua cognoscitur Deus est forma denotans Deum cognitum, licet ipsa non denotetur cognita, sicut et albedo denotat murum album, licet ipsa non denotetur alba.

Corollarium 12 Relatio praedicatis praeter fundamentum, terminum, coexistentiam utriusque et rationem fundandi, non involvit aliam formalitatem: eg. ad hoc ut murus A sit formaliter similis muro B satis est, quod uterque murus simul existat, et habeat albedinem sibi inexistentem: nam his solis positis, caeteris omnibus ablatis, iam est positum id, quod homines per similitudinem formaliter concipiunt.

2dum Membrum.

Corollarium 1mum Termini simplices sunt partes enuntiationis compositae. Ita enuntiatio est iudicium de aliquo, in quo iudicio aliquid de subiecto affirmatur vel negatur: atque sublato anni termino, formaliter perit eo praedicari de aliquo, ergo terminus est pars enuntiationis compositae.

Corollarium 2dum Imo una propositio potest habere rationem subiecti in propositione complexa: eg. in hac: Deum existere est necessarium. Ergo tunc una propositio erit pars alterius propositionis secundum diversas conceptus considerata.

Corollarium 3tium Cognitio est essentialis propositioni, imo cognitio iudicativa est formaliter propositio, si tamen illa cognitio vere et absolute aliquid affirmet. Ubi nota in cognitione posse 2 considerari. 1mum est quod sit repraesentatio obiecti. 2dum est quod sit obiecto suo conformis, vel difformis. hoc notato sit

Corollarium 4tum Toto repraesentatione obiecti est essentia cognitionis. At toto repraesentatione conformem obiecto est cognitioni aliquid super additum:

Quia cognitio repraesentans murum album, sic eo modo repraesentabit quo semel repraesentat, et consequenter repraesentabit illum album etiam quando non est albus, sed tunc non erit conformis obiecto: ergo to esse conforme obiecto est cognitioni super additum.

Corollarium 5tum Veritas determinate aut falsitas non est pars enuntiationis, quia eadem cognitio, quae nunc vera est, potuisset esse falsa, et tamen manifestet enuntiatio: ergo ut cognitio enuntiativa non requiritur determinate Veritas, nec determinate falsitas tanquam pars.

Dixi: determinate, nam implicat enuntiatio, quae nec sit vera nec falsa: hoc ipso enim quod obiectum repraesentet, vel est obiecto difformis (et tunc erit falsa) vel est obiecto conformis (et tunc erit vera)

Itaque to proposito esse veram vel falsam in sensu diviso est enuntiationi essentiale; licet veritas vel falsitas seorsim spectata possit ab enuntiatione abesse.

Corollarium 6tum Status obiecti est pars veritatis formalis: quia veritas formalis consistit in conformitate cognitionis cum obiecto, quae actualis conformitas est relatio praedicatalis in volvens ipsum obiectum secundum aliquem aliquem statum, nempe vel secundum statum existentiae, vel secundum statum possibilitatis, vel alium quemcunque.

Corollarium 7tum esse difforme formaliter est relatio praedicatalis: hinc falsitas formalis constituitur per negationem status obiecti: hoc est requiritur ut obiectum aliter se habeat, quam cognitio repraesentet.

Corollarium 8vum. Non potest eadem propositio modo esse vera modo esse falsa, quia non potest idem totum habere modo plures modo pauciores partes, ita ut maneat idem totum: item non potest eadem cognitio modo repraesentare obiectum sicut se habet, modo aliter quam se habet: sed si obiectum semel tale fuit qualiter repraesentabatur a cognitione, sic illa cognitio erit conformis obiecto, nam si obiecti status mutetur, tunc eadem illa cognitio non repraesentat obiectum secundum illum statum, quem de novo acquirit, sed secundum illum, quem prius habuit, et ideo si prius conformiter repraesentavit, etiam nunc conformiter repraesentabit.

Corollarium 9num Utilis est hypothesis quadam. Si per impossibile non esset Deus, et existeret actus supernaturalis fidei affirmans Deum esse, ille actus esset formaliter falsus, et tamen radicaliter seu exigentialiter verus:

quod veritas formalis etiam actibus supernaturalibus non est adequate intrinseca, quod a haec hypothesis utilis sit, inde patet, quia tunc auferetur ille terminus, qui ab actu intellectuali essentialiter exigitur, non tamen auferetur ipsa exigentia, sic per hypothesim impossibile utile, potest auferri Deus, et servari in conceptu creatura, etiamsi Deus essentialiter ut existens exigatur a creatura: nam per talem formalem conceptum tunc Deus formaliter tollitur, creatura vero tollitur tunc arguitive, seu mediate, uti docuimus in materia de hypothesibus impossibilibus.

Tertium Membrum.

Quaedam circa geretorum praedicationem
et multiplicationem ex
eodem fundamento deducta

Corollarium 1mum Quotiescunque in gereto accidentali multiplicatur sola forma, et si geretum illud sumitur denative, non censetur geretum esse multiplex, sed unum. Ratio, quia denatio cadit supra solum subiectum, posito quod forma sit tunc adiacens, et non per se stans, nam si forma esset substantialis, longe aliter philosophandum erit, sic denatio albi cadit super nivem et lac, quae sunt subiecta albedinis, denatio sancti, cadit supra Angelum et homines &c. Unde licet in Petro ponerentur centum albedines, centum sanctitates, centum scientiae, centum divitiae &c. erit tunc unicus albus unus, sanctus, unus scientificus, unus dives &c. sic de facto rex Bohemiae et Ungariae habens 2 regna, est unus rex, non enim sunt plures reges, quam sint habentes, et manet unicus rex qui acquireret centum regnum.

Corollarium 2dum si forma gereti significatur ad modum per se stantis tunc requiritur multiplicatio formae ~~[illegible]~~ ut multiplicetur geretum, si quidem illa forma significetur a gereto determinate. Unde quia per geretum homo determinate significatur humanitas, per geretum

Deus divinitas, ideo non multiplicantur Deus et homo, nisi multiplicetur natura humana et divina.

Corollarium 2tium Quod si forma significet quidem ad modum praesentis, sed tamen indeterminate, uti geretur persona tamen indeterminate significat naturam tunc ut multiplicetur illud geretur, non requiritur multiplicatio naturae: hinc in divinis multiplicantur personae, sicut natura divina maneat immultiplicabilis

Corollarium 3tium ut multiplicetur geretur natura semper requiritur multiplicitas naturae et personalitatis. Ratio. quia ad multiplicationem geretorum substantialium semper requiritur multiplicatio illius, quod per tale nomen determinatur, et non tamen in confuso significatur: quia ergo per gereta homo Deus et determinate significatur natura, ideo non multiplicantur nisi natura sit multiplex

Cur autem requiratur multiplicitas subsistentiae seu personalitatis ad multiplicationem omnium geretorum substantialium haec est causa, quia personalitas semper importatur in recto: non possunt autem gereta de se invicem negari, si recti non essent multiplicati. ex quibus utrique

Colliges 1mo Cur haec propositio sit vera: Deus est homo, quia sicut habet hunc sensum, personalitas per quam subsistit divinitas, est eadem personalitas per quam subsistit humanitas: videlicet verbum divinum, quod substat tam divinae quam humanae naturae.

Colliges 2do cur haec sequela falsa sit:

Pater est Deus, et verbum divinum est Deus
et Spiritus sanctus est Deus, ergo sunt tres Dii

Ratio inquam, cur haec sequela falsa sit est haec, quia Deus est geretum naturae, ergo tam diu non multiplicatur quam diu natura divina non fit multiplex. Et igitur ans sic distingui: Pater est Deus et filius et Spiritus sanctus est Deus ita ut non multiplicetur Deitas, concedo ans, secus nego ans. et nego consequentiam

Colliges 3tio cum Suarez art 6 in 3 parte 1 tho quod variata personalitate, manente eadem natura semper maneret idem homo,

sed non eadem persona: itaque si natura Petri haberet 3 personalitates, tunc essent 3 personae, et unus homo, nec videtur implicare posse eundem hominem esse Petrum Paulum et Joannem, sicut in divinis sunt 3 personae licet sit unus Deus, hoc tamen cum discrimine, quod singulae personalitates humanae realiter distinguantur ab humana natura, personalitates vero divinae non eodem modo distinguantur a divina natura.

Colliges quoque cum Theologis, quod si Verbum divinum descereret humanitatem Christi et illi succederet personalitas creata, ad huc maneret hic homo, et hic Jesus, quia ad hoc maneret totum id quod per nomen homo et Jesus significatur, sunt enim gerenda naturae significantia aliquam personalitatem indeterminate sumptam, quae habet hanc determinatam naturam. At vero non maneret Christus sive haec persona, quia Christus explicite significat hanc personalitatem Verbi Divini, quo illa sublata non maneret geretum personae Christus.

Colliges ultimo Quomodo vera sit haec propositio: Deus est trinus et unus. Intellige si nomen Deus sumatur gerendo et indefinite, tunc enim sensus est hic: Deus est personalitas non determinate una (hanc enim unitatem non exprimit, sed ut huius acceptionis stat cum pluralitate personalitatum) sed multiplex, habens hanc naturam divinam, quae est una.

Et quia haec falsa est Deus non est trinus. facit enim hunc sensum, personalitas naturae divinae non est trina. Item falsa est haec Deus non est pater. quia sensus est: nulla personalitas est pater. Item

Itaque geretum Deus sumitur in suppositione communi pro personalitatibus divinis, quia natura divina capax est plurium personalitatum. At vero creata gerenda, qualia sunt homo leo aurum, quia saltem naturaliter non possunt habere plures subsistentias simul, non sumuntur in suppositione communi. sed haec de 2da mentis operatione dicta sufficiant. Sup est discursus, de quo sequentem disputationem instituimus.

In Libros Analyticos Arristotelis.

Artes quatuor libros de syllmo conscripsit, quorum duos vocavit priores 2 posteriores. Quos uno nomine vocantur analytici, hoc est resolutorij: analysis enim latine sonat resolutio, ut constat ex c. 1 libro 2do de interpretatione. c. 2 libro 1 Elenchorum. c. 3 libro 6 Ethicorum ad Nicomachum. item c. 12 lib. 7 metae.
Rationem cur philosophus vocaverit resolutorios dant Conimbricenses in proemio hic: qui nimirum Artes artificium syllmi a se inventum resolvit in sua principia, atque ostendit, quibus partibus, et quae bene dispositis constet: sic etiam alij artifices sua arte facta in suas partes dividunt: ex. horologiographi dividunt horologia in rotulas quae invicem nexae certa quadam temperatione et mensura movent indicem, quae horas indicat, et quodammodo mensurat tempus. de qua re fuse discurrunt Conimb. loco cit. et quidem Artes primis duobus libris agit de syllmo in genere. 2 vero posterioribus de demonstratione quae ordine iuxta exemplum Artis etiam nos sequemur.

Disputatio IV.

De syllmo in genere.

Quaestio 1ma.

De discursu et consequentia.

Sectio 1ma.

Quid et quotuplex sit discursus, et consequentia.

1 Vocabulum discursus ex primeva et originara impositione significat motum localem, et progressum ab uno spatio ad aliud. per metaphoram translatum est ad operationem intellectus ratiocinantis, et ab uno obiecto ad aliud quodammodo discurrentis. Est igitur discursus intellectualis progressio mentis nostrae a cognitione unius ad cognitionem alterius. ad cuius rei ulteriorem intelligentiam. Notandum est jam ex Casilio in summulis lib 3 c. 1 q. 6 et ex summulistis coitus modum illum, quo intentionaliter attinguntur plura obiecta esse 3plicem. Imo est, quando unum obiectum cognoscitur in alio velut in imagine et speculo. sic eg. Petrus habens hodie cognitionem Dei, et eras reflectens se supra hanc cognitionem hodie habitam, cognoscit in illa Deum, et in illa cognitio vitalis et fidelis imago Dei. et hic modus cognoscendi dicitur IN ALIO

2do ponit plura obiecta cognosci successive, unum scilicet post aliud, absque ulla dependentia, aut connexione cognitionum. eg. si nunc cogitem de futura disputatione: popea de sancienda pace in Gallum et Hispanum. deinde de nundinis, et mercibus in ea emendis: et sic deinceps saltando ab uno ad aliud sine nexu, sine obiectorum coherentia, sine peculiari dependentia cognitionum inter se. Et hic modus cognoscendi vocatur a S. Thoma discursus 2dus successione seu POST ALIUD.

Nec potest unum cognosci dependenter ab alio per cognitiones inter se connexas, etsi una non sit imago alterius, sed quod ex veritate unius possit inferri veritas alterius propter nexum, qui inter utramque veritatem intercedit, et propter quem nexum censetur expositione unius

§. 1. quid et quotuplex sit discursus et consequentia.

Etiam poni aliud. Ita in horologio rotato metâ una rotâ movent oes reliquae, oes eae sunt gneae, et una alterum movet, quaecum gneae est. Pari modo pt una veritas intellectum movere ac determinare ad aliam veritatem cum priore nexam. Et hic modus cognoscendi dicitur unius ex alio atque antonomastice vocatur DISCVRSVS qui cognoscit oem hominem esse ant, et oem ant esse vivens, is statim pt inferre aliam veritatem cum 2 prioribus nexam, scilicet hanc, ergo omnis homo est vivens.

Notandum 2do in hoc discursu semper intervenire 2 obiecta: unum ex quo aliud deducitur, quod vocatur ANTECEDENS. Alterum quod ex priore infertur, et vocatur consequens. ut Deus est infinite perfectus, ergo est impeccabilis. Obiectum prioris propositionis dicitur ans. posterioris consequens.

Notandum 3tio consequentiam, ut hic sumitur, esse rationem gnectentem unam propositionem cum alia, vel cum aliis. sive: consequentia est gnexio consequentis cum antecedente.

Porro cognitio qua iudicamus obiectum conclusionis esse gnexum cum obiecto praemissarum, vocatur consequentia mentalis, seu illatio, proprie et antonomastice consequentia tenet se ex parte obiecti, est ea consequentia nexus unius obiecti cum alio, et dicitur consequentia obiectiva, ac exprimitur per particulam illativam ERGO.

Notandum 4to denationes antecedentis, consequentis, illationis: esse denationes 2do intentionales provenientes a nostra cognitione: nam antecedentes ad nostros conceptus neutrum obiectum habet ~~ante~~ praecedentiam respectu alterius: ergo denatio antecedentis et consequentis provenit ab intellectu disponente et ordinante cognitionem obiectorum.

Notandum 5to solam bonam consequentiam mereri nomen consequentiae ut recte notat Casilius hic n. 23.

Ratio sumitur ex Arist. 1mo priorum c. 5. quia victiosus syllmus non est syllmus, eo quod nihil concludat; igitur consequentia mala non est consequentia proprie loquendo, sicut auricalcum non est aurum. Ratio ulterior est, quia malae consequentiae non convenit definitio consequentiae, eo quod non sit connexio propositionum. Unde in syllmo nunquam dicendum est distinguo consequentiam sed: consequens. Ratio, vel cum illatio fit legitime; et tunc concesso antecedente consequentia concedenda est. vel illatio non fit legitime: et tunc absolute neganda est consequentia. quod si vero ex uno capite solo fit legitima illatio, tunc iterum ex illo solo concedenda est consequentia, ex capite vero contrario est neganda. causa huius doctrinae est desumi ex connexione obiecti prius explicata: quia connexio si datur, erit consequentia bona; si vero non detur, consequentia erit nulla. Quando ergo negatur consequentia, sensus est, negari connexionem antecedentis cum consequente.

Sectio Secunda
De regulis bonae consequentiae.

Regula Prima
Ex vero non nisi verum deduci potest.

Sensus est quandocunque verum est antecedens hoc ipso necessario est verum consequens. quod si antecedens esset verum et consequens falsum, erit evidens signum malae consequentiae.

Itaque quod ex hoc antecedente, quo ego dico homo est animal infert hanc, ergo est canis facit malam consequentiam.

Ratio huius regulae est ista, si ex vero posset sequi falsum tunc inter verum et falsum daretur connexio: Nam connexio est fundamentum cur unum deducatur ex alio:

Atqui id quod habet necessariam connexionem cum vero etiam est verum; ergo si falsum habet necessariam connexionem cum vero, sequitur quod falsum sit verum. probo minorem. id quod habet necessariam connexionem cum vero, est tale ut necessario ponatur ad positionem veri, sed falsum non ponitur necessario ad positionem veri, ergo id quod ponitur necessario ad positionem veri non est falsum: ergo est g id quod habet necessariam connexionem cum vero est verum. Quod autem falsum non ponatur et inferatur ex positione veri inde patet, quia falsitas pugnat cum veritate: ergo non potest falsitas necessario necti cum veritate. Nam necti cum aliquo est pugnare cum eodem sunt contraria nec possunt simul stare.

Regula 2da.

Verum ex vero et falso deduci potest.

Haec regula priori videri potest contraria, verum sit recte examinetur bene cum illa stat. Et primo quidem quod verum possit deduci ex vero non est dubium certum quippe est, quod una veritas possit necti cum altera, restat igitur explicandum quomodo verum possit deduci ex falso.

Sensus igitur regulae est, quod propositiones falsae possint supponi et fingi ut verae, et stante hac suppositione, quod sint verae, possunt ita poni in syllogismo, ut gessis 2bus praemissis necessario cogaris concedere propositionem inde deductam. Talis est sequens syllogismus.

Omnis homo est brutus,
Omnis equus est homo, gō
Omnis equus est brutus.

In hoc syllmo supponunt pmissae ēē verae, alioquin si geciperent esse falsae non posset illis intellectus assentiri, posito gō per impossibile propositiones 2 prioris syllmi ēē veras et me illis assentiri nō potero non assentire gclusioni ac quod necessario gnexa sit cum duabus pmissis. Quod ex falso possit deduci verum si tamen falsum supponatur ēē verum aut fingatur. Ratio huius rei ē, qā stante hypothesi quod falsum in antecedente positum fingatur ēē verum, ad huc censebitur gsequens verum ēē gnexum cum antecedente. Vero non quod ans à parte rei verum sit, sed qd fingatur ēē verum.

Dices: antecedens à parte rei est falsum, gō si ex illo deducitur verum, sequitur qd verum sit cum falso gnexum.

Rx ans ēē quidem falsum à parte rei materialiter et secundum se nihil omnino tamen qā supponitur et fingitur ēē verum, id circo in ordine ad illationem perinde porsus est ac si cēt verum, qa gsequens nectitur cum antecedente quatenus intellectus assentitur antecedenti atq assentitur illi ut vero ex hypothesi, gō gsequens tm nectitur cum antecedente quatenus ex hypothesi censetur ēē verum

Itaq realiter loquendo et praescindendo à suppositione nulla intercedit gnexio inter falsum qua tale et inter verum.

Regula 3tia

Falsum non nisi ex falso sequitur.

Probatur. Falsum non potest sequi ex vero, alioquin falsum nectaretur cum vero: ergo falsum tantum sequitur ex falso. Deinde ~~ex~~ verum non nisi ex vero sequitur, ostensum est relata 1ma. ergo ex vero non potest sequi falsum, consequenter falsum non nisi ex falso sequitur.

Advertendum est tamen sicut falsum non potest sequi nisi ex falso, sic e contrario ex falso non sequitur nisi falsum, si falsum supponatur tale quale est: si vero supponatur quod falsum sit verum, tunc ex falso potest sequi verum constat iam ex relata 2da, ubi ostendi quomodo adhuc verum connectatur cum vero, et non cum falso. Pari modo certum est quod ex vero non sequatur nisi verum. falsum tamen est quod verum non sequatur nisi ex vero: nam verum potest sequi ex falso; etsi falsum non possit sequi nisi ex falso: si enim falsum sequeretur ex vero, iam hoc ipso inter falsum et verum daretur necessaria connexio, quod nunquam concedendum est. 5

Regula 4ta

Ex contingente non solum contingens, sed etiam necessarium sequi potest.

Quod ex contingente possit sequi contingens, indubitatum est: quod possit sequi necessarium probatur. Possunt duo extrema inter se necessario connexa necti cum medio termino tantum contingenti. e.g. Petrus et Antonius habent connexionem necessariam, et possunt tamen in syllogismo necti cum medio termino tantum contingenti: ergo tunc ex contingente sequitur necessarium. ans ostendo in exemplo. 6

Omne scientificum est Antonius
Petrus est scientificus, ergo
Petrus est Antonius.

Ubi vides quod Petrus et Antonius in conclusione nectantur necessario inter se, etsi tantum contingenti nectatur Petrus cum medio termino scientificus.

Revera enim tamen est contingens, quod petrus sit scientificus, et offertur verum, quod petrus sit ant.

Ratio ulterior huius relationis desumi potest ex supra dictis: quia sicut potest verum sequi ex falso, quod ex contingente potest sequi necessarium, hoc etiam enim minus est, quam prius, et a minore ad maius bona est argumentatio in affirmativis.

7 Dices contingens potest esse verum, ponamus quod esse verum, et nihil omnino ex contingente deduci falsum, nunquid tunc ex vero sequetur falsum? sicut enim contingens in antecedente ponitur esse verum, ita contingens in consequente ponitur esse falsum: neuterum enim repugnat contingenti: hac pugnat cum prima relatione, quod ex contingente non potest sequi contingens.

Re si contingens in antecedente ponatur esse verum, et contingens in consequente falsum, tunc utique unum contingens non potest sequi ex altero contingente stante hac hypothesi, quia ad hoc sequeretur falsum contingens vero, quod fieri non potest. Itaque sensus relationis est, quod ex contingente vero potest sequi contingens verum. eg. cum dico:

Omnis homo est doctus,
Joannes est homo, ergo
Joannes est doctus.

Ubi to Joannem esse doctum est contingens verum ex se, et sequitur ex suppositione, quod maior praemissa vera sit. nempe quod omnis homo sit doctus haec enim est subalternans, sub contingens Joannes: quod si vera est subalternans, etiam vera erit subalternata.

Regula 5ta.

Ex necessario non nisi necessarium sequitur

8 Probatur primo impossibile semper est falsum: et est contingens necessarium semper est verum: sed ex vero non potest sequi falsum: quod ex necessario non potest sequi impossibile. Porro contingens potest esse falsum: quod si contingens sequeretur ex necessario, tunc posset falsum sequi ex vero.

Igitur si nec contingens nec impossibile potest sequi ex necessario, vera erit nostra relatio, quod videlicet ex necessario non sequatur nisi necessarium

§. 2. de regulis bonae consequentiae.

Probatur 2do. Eo modo nectuntur extrema inter se, quomodo nectuntur cum uno 3tio; sed in praemissis necessariis nectuntur extrema cum medio terminis necessario, ergo in conclusione debent nolli necessario inter se, et non tamen contingenter: atque nectarentur tamen contingenter si ex necessario posset sequi contingens: ergo contingens non potest sequi ex necessario.

Hinc patet sequens syllogismus, in quo ex duabus praemissis necessariis sequitur consequentia contingens. 9

Omnis actus malus est dignus odio,
omnis actus malus est accidens, ergo
aliquod accidens est dignum odio.

Ecce! utraque praemissa necessario vera est, et postrema propositio tamen est contingens, ergo ex necessario potest sequi contingens.

pro Responsione Notandum est terminos in praemissis positos posse sumi in 2plici acceptione, nempe conditionate et absolute. si actus malus tamen sumatur specificative, erit hic sensus: quod actus malus sit detestandus, at non ratione malitiae, nam ratio malitiae in sensu specificativo non exprimitur, si vero sumatur conditionate et reduplicative, tunc sensus est, actum malum qua malum et rationem malitiae esse detestandum. hoc posito, ad obiectionem

Respondeo distinctione, et dico, si denominatio mali sumatur tamen specificative, praescindendo a ratione malitiae, tunc praemissas non fore necessarias, et sic contingens non sequeretur ex necessario. Quod si vero denominatio mali sumatur conditionate et reduplicative, tunc nos etiam consequentiam debere sumi conditionate et reduplicative: alioquin terminus additur in praemissis acceptis quam in conclusione vitiarent syllogismum.

Igitur sensus conclusionis erit hic. aliquod accidens, si malum est, dignum est odio. vel hic: aliquod accidens qua malum dignum est odio. quae utraque propositio necessario vera est. Et sic apparet quomodo adhuc ex necessario non sequatur nisi necessarium.

Regula 6ta

Ex contingente non potest sequi impossibile. 10

Probatur. quia quod est contingens, potest esse verum, si ergo ex contingente posset sequi impossibile, tunc ex vero posset sequi falsum:

nam ōe impossibile falsum ē. probat sequela antecedentis: gtingens
n̄ desinit ēe gtingens p̄cise ex eo q̄d alterum sit impossibile, sed
ex se semper manet gtingens; p̄oēt g̃o aliq̄d gtingens ēe verum
ex se, et independenter ab eo, q̄d inde deducit: si igit̄ p̄posio,
q̄ deducit ex gtingente, sit impossibilis, tunc ista p̄posio impossibilis
erit gnexa cum aliquo vero, ex quo deducit. hoc autem pugnat
cum priori relatione, qua diximus ex verò n̄ poēt seq falsum.
Itaq; ad summum gcedi p̄t, q̄d ex gtingente, si poneret ēe falsum,
sequatur falsum, q̄d perinde ē ac si ex falso sequeretur falsum. et hac
obiectio sicut et prioris relatione ob aliquam p̄plexitatem bene gsiderandae ē.

Regula septima.

Quidquid stat cum antecedente, etiam
stat cum gsequente. n̄ tn̄ ē q̄
Quidquid stat cum gsequente stat etiam
cum antecedente.

ii Itaq; relatio explicatur in exp̄lo quo ad 1mum membrum.
Cum dico sol lucet g̃o dies ē. Ad hoc exp̄lum applicatur
relatio sic: q̄d q̄d repugnat cum 1 p̄posione id etiam repugnat
cum 2da. eg. hac p̄posio: sol n̄ lucet repugnat gtradictorie
cum priore, g̃o repugnat etiam cum posteriore: hinc legitima ē ista
illatio qua dico: sol n̄ lucet, g̃o n̄ ē dies.
Ratio, q̄a si aliq̄d stans cum antecedente n̄ poēt stare cum gsequente,
tunc iam poēt dari ans verum, et gsequens falsum; q̄a sicut ans et
gsequens differrent in uno 3tio, g̃o etiam differrent inter se: seu
q̄d idem ē, si aliq̄d nexum cum antecedente, n̄ legitime nectit
cum gsequente, tunc iam hoc ipso n̄ dabit gnexio inter ans et gsequens,
g̃o poterit ans ēe verum, et gsequens falsum, q̄d prius iam probatum,
n̄ poēt gcedi.
Probatur nunc 2da pars relatione. Potest ans ēe falsum, et
gsequens verum; g̃o p̄t aliq̄d stare cum veritate gsequentis, q̄d re-
pugnat veritati antecedentis. do exp̄lum.

§. 2. De regulis bonae consequentiae.

Petrus est doctus, ergo est logicus. Patet esse verum antecedens, nempe quod Petrus sit doctus, etsi non sit doctus logicus, sed tantum doctus Rhetor, vel doctus Gramaticus. Item cum dico: Petrus est philosophus ergo est scientificus. Cum hoc consequente stat etiam quod sit Rhetor tantum, atque tantum esse Rhetorem repugnat cum antecedente, quia cum tantum Rhetor est, non est philosophus, etsi is qui tantum est Rhetor sit scientificus. Igitur legitime est haec illatio. Petrus tantum est Rhetor, ergo est scientificus.

Est ergo illa alia illatio vitiosa est qua sic infertur: Petrus tantum est Rhetor, ergo est philosophus ergo veritas aliqua potest stare cum consequente quae non stet cum antecedente.

Alia et expeditior probatio huius relationis est haec.

Patet in antecedente esse terminus inferior, et in consequente terminus ~~inferior~~ superior. hoc posito clare probatur relatio hoc modo. 12

Terminus superior latius patet quam inferior, ~~et in consequente~~ Vocatur quod terminus pluribus communicabilis quam inferior; ergo terminus superior potest stare cum aliquo, quocum non potest stare inferior; ergo potest veritas aliqua convenire consequenti, quae non potest convenire antecedenti: potest enim aliquid dici de animali, quod repugnat homini.

Regula Septima.

Ex quocunque sequitur ans, ex illo etiam sequitur consequens.

Sensus est: Ex quocunque sequitur inferius, ex illo sequitur etiam superius. 13

Quandocunque legitime infertur quod Petrus sit homo etiam legitime infertur quod sit ens, vivens substantia.

Item Ex quocunque sequitur quod homo sit substantia, ex eodem legitime infertur quod homo sit ens.

Ratio, quia si ex aliquo potest sequi ans, et non consequens, tunc ans potest esse verum, consequens falsum. Cum ergo ex antecedente vero semper sequatur consequens verum concedendum est necessario, quod consequens

mediatur cum omni illo, quocum mediatur ans.
Ratio ulterior est à priori est, quia id ex quo sequitur ans, ergo ante est etiam ans ~~gsequentis~~, saltem mediatum. ergo homo est immediatum ans antis, et mediatum ans ~~gsequentis~~ viventis. Quomodocumque igitur verum est quod homo sit ante, quia homo est, etiam verum erit omne viventem, quia homo est, et utique legitima erit haec utraque illatio: homo est ante, ergo homo est substantia. Item haec homo est ante, ergo est vivens. Nam ante respectu viventis est ans immediatum, respectu substantiae vero est ans mediatum, quia in ascensu lineae praedicatis inferius est ante, immediate supra est vivens, postea substantia vel corpus, et denique sens.

Regula Nona

Quidquid repugnat gsequenti etiam repugnat antecedenti, sed non est g.

14 Deducitur haec regula ex supra dictis, et probatur breviter. Id quod repugnat anti, etiam repugnat homini, quia ante latius patet, ~~quam~~ et potest pluribus communicari, quam homo; ergo cuicumque ante non est communicabile, illi non poterit communicari homo per praedicationem, homo enim minus late patet quam ante.
Et g. potest aliquid repugnare homini, quod non repugnat animali: nam omne brutum convenit anti et repugnat homini.

15 Huc pertinet modus argumentandi per argumentorum conservationem, quem graeci vocant sorytem id est acervalem, uti exponit M. Tullius libro. hoc modo.

Petrus est homo, ergo est rationalis.
Petrus est rationalis, ergo est ante.
Petrus est ante, ergo est corpus.
Petrus est corpus, ergo est substantia.
Petrus est rationalis, ergo petrus est substantia.

§. 2. de regulis bonae consequentiae.

Sic quilibet per sorytin probare Petrum salvatum vel si philosophiam audiat, id recte probabit hoc modo.

Si Petrus audiat philosophiam, erit utiliter occupatus,
si utiliter occupetur fugiet otium.
Si fugiat otium amovebit occasiones peccandi.
Si amoveat occasiones vitabit peccata.
Si peccata vitet acquiret gratiam finalem.
Si acquirat finalem gratiam, salvabitur.
quo à primo ad ultimum si Petrus audiat philosophiam salvabitur.

Ubi diligenter advertendum est, verum esse, ut proposiones ex quibus aliae deducuntur, habeant debitam connexionem inter se; nam si hoc non observetur, facillime captiones et imposturae intervenirent.
Talis captio est in sequente sorite.

Qui immodice bibit, intemperate bibit.
qui intemperate bibit fit ebrius.
qui ebrius est bene dormit.
qui bene dormit non agit male
qui non male agit non peccat.
qui non peccat salvatur.
quo à primo ad ultimum qui immodice bibit salvatur.

In hoc discursu decepit ante penultima proposio. licet enim dormiens non peccet, potuit tamen peccasse ante. falsum est autem illum qui peccavit ante, et peccatum non retractavit, salvari, etsi iam non peccet: quia homo propter peccatum praeteritum non retractatum damnatur. Deberet ergo loco sequentis proposionis poni haec: qui non est in peccato, salvatur, quae proposio vera est sed non nectitur cum praecedente, sed cum hac: qui dormit non est in peccato. nam is qui immediate ante somnum de peccato mortali non praeteritum, dormit in peccato mortali, et si opprimat dormientem mors, aeternum perimit. igitur ex defectu huius connexionis totum argumentum nihil valet. Plura de consequentia qui volet legat Basilium hic lib 3 capite 2 per totum. Totum lib 3 c 8 lectione 1 Notabis 3 Jacellum tractatu 9 à c 3 Tolletum lib 4 c 2 Fonseca lib 6 c 5.
Nos ipsum syllogismum propius aggredimur.

2 41 d. 4 Q. 2. de syllogismi partibus et principiis. S. 1. de principiis directivis syllogismorum

Quæstio Secunda.

De syllogismi partibus et principiis.

Sectio 1ma.

De Principiis directivis syllogismorum.

16 Syllogismus si eius ethymon spectes est collectio rationum, seu ratiocinatio. Definitur ab Aristotele primo priorum e 1 et topicorum e 1 sic. Oratio, in qua quibusdam positis, aliud quid appositis necesse est contingere. Explico singulas partes definitionis.

Dicitur 1mo oratio videlicet complexa et composita ex pluribus propositionibus ad se invicem ordinatis, cum certa obiectorum sive terminorum connexione.

Dicitur 2do In qua quibusdam positis hoc est in qua oratione ponuntur formaliter vel aequivalenter 2 praemissae in certa figura et modo dispositae, unde syllogismus suam formam habet, sine qua nomen syllogismi non mereretur. Porro haec praemissae non dant praecise cognosci ut positae, sed insuper dat intellectus illis per assensum subscribere, et eas affirmando concedere, donec iis concessis necessario cogatur assentiri conclusioni.

Dicitur 3tio aliud quid appositis hoc est conclusio seu 3tia propositio dat deduci ex prioribus 2. Solet autem conclusio exprimi per particulam illativam ERGO: cuius conclusionis termini in praemissis nectuntur cum medio termino hoc est cum uno 3tio, in ipsa vero conclusione illi termini nectuntur immediate inter se. Est igitur nata, cuius particulae illativae ERGO ut sit actus intellectus pendens ex alio, quocum nectitur, et propter quem necessarium aliunde deducitur ac infertur.

Dicitur ultimo necesse est contingere cum hoc sint. Sensus est, conclusionem inferri propter praemissas, et propter connexionem quae est inter obiectum conclusionis et praemissarum. Unde si inter tres propositiones nulla intercedat connexio,

§. Dictum de omni et dictum de nullo explicatur.

Non erunt syllogismus. eg. cum dico Turca pugnat, Lanista sibilat, ergo baculus est in angulo. quia necessitas sit consequentiae patebit infra. Porro omnis bonus syllogismus est regulari certis principiis regulativis sive directivis, quae sunt duplicis generis. quaedam sunt extrinseca, sic dicta, quia sunt fundamentum, cui bonitas consequentiae ita innititur, ut concessis praemissis, non possit negari consequentia. Alia sunt principia intrinseca, quae vocantur figurae et modi syllogismorum. De singulis agemus particulariter.

§ Primus.

Dictum de omni et dictum de nullo explicatur.

Haec principia communiter ab auctoribus vocantur logica. De illis agit Aristoteles hic lib. 1 c. primo. In dicto de omni fundantur syllogismi affirmativi. In dicto de nullo fundantur syllogismi negativi. hic breviter utriusque sensum et explicationem subiungo.

Dictum de omni habet hunc sensum. Quidquid potest de aliquo verbi et distributive sumpto affirmari, illud etiam potest affirmari de quovis alio sub illo contento. eg. sub homine continetur Petrus, ergo quod de homine potest affirmari verbi, illud etiam poterit affirmari de Petro. exemplum sit sequens syllogismus.

Omnis homo est animal,
Petrus est homo, ergo
Petrus est animal.

Dictum de nullo sic est intelligi. Quidquid potest de aliquo verbi et distributive sumpto negari, illud potest etiam negari de quovis contento in illo. sic Petrus continetur in homine, ergo si de omni homine potest negari lapis, etiam poterit negari de Petro. Do exemplum

Nullus homo est lapis,
Petrus est homo, ergo
Petrus non est lapis.

Et haec 2 principia vult Casilig adeo esse firma, ut iure meritissimo vocari possint metea, eo quod fundentur in principio metee certo, quod scilicet idem non potest simul esse et non esse.
Quod si unum ex his 2 esset falsum, tunc plane sequeretur idem simul posse esse et non esse. probo sequelam in exemplo. Si vera esset haec propositio, uti verissima est, Homo est ant et haec falsa, petrus est ant tunc sequeretur quod omnis homo esset ant et simul quod non omnis homo esset ant. Si enim petrus non esset ant, tunc aliquis homo non esset ant, consequenter non omnis homo esset ant sunt enim haec 2 propositiones aequipollentes non omnis homo est ant et aliquis homo non est ant. adeoque si dictum de antiquo omnino falleret, sequeretur idem simul posse esse et non esse: quia omnis homo esset ant et non omnis homo esset ant. quae omnia apertissime vera sunt et quemvis intellectum rite dispositum guineunt.
Controvertunt hic AA an haec 2 principia logica sufficiant ad syllogismos, vel an insuper requirantur alia 2? Ego priusquam quaestionem decidam subiungo explicationem aliorum principiorum, quae nominantur metea

§ Secundus.

Explicantur 2 principia metea.

1mum Principium metecum in quo fundantur syllogismi affirmativi, est hoc. Quaecunque sunt eadem uni 3tio sunt eadem inter se.
Idem est hoc. Quaecunque distinguuntur in uno 3tio distinguuntur inter se.
Et in hoc principio fundantur syllogismi negativi.
Ut a principium negativum recte intelligatur, adverte discrimen ingens inter illa quae distinguuntur in uno 3tio, et illa quae distinguuntur ab uno 3tio.
Nam distingui 2 ab uno 3tio, nihil est aliud, quam utrumque posse de 3tio negari. eg. ant et rationale distinguuntur a lapide, quia tam de ant, quam de rationali verè dicitur quod non sit lapis.
At vero distingui in uno 3tio est, cum unum est 2bus differt a 3tia entitate, quam alterum est duobus identificatur. eg. brutum et homo differunt in uno 3tio videlicet in rationalitate quia brutum differt a rationalitate, et homo cum illa identificatur.

Itaq; ad bonitatem syllmi non satis est ut duo distinguantur ab uno 3tio, alioquin bonus esset et legitime concluderet sequens syllmus.

Nullus homo est lapis
Nullum ant est lapis, ergo
Nullum ant est homo.

Ecce! tam homo quam ant distinguuntur à lapide, sed non in lapide, nec homo est nec ant cum illo identificantur, et ideo homo ac ant non differunt inter se. Itaq; ut differant in lapide, et vel homo vel ant sic idem cum lapide, sicut 2 Auctores dicuntur differre in una sententia, si unus illam affirmat, alter negat. Quod si uterq; auctor eam negaret, vel uterq; illam affirmaret, non dicerentur differre, sed potius convenire. Unde

Colliges errare illos, qui asserunt ea omnia quae non sunt eadem uni 3tio non esse eadem inter se. Sed in quam, qui ita sentiunt, errant, et principium metaphysicum negativum perperam explicant, inde enim sequitur quod angelus non sit spiritus. Probo sequelam.

Ex mente horum auctorum concedendum est, illa quae non sunt eadem uni 3tio non esse eadem inter se: sed angelus et spiritus non sunt eadem uni 3tio, scilicet lapidi; ergo nec sunt eadem inter se. Maior est adversariorum. minor certa est, quia nec angelus nec spiritus identificantur cum lapide. consequentia est informa.

Contra 2do Quia inde sequitur omnes illos syllmos, qui regulantur ab hoc principio comparare meris propositionis negativis, quia sensus est, quod 2 res, quarum quaelibet potest negari de aliquo 3tio, etiam possunt negari de se. eg.

Nullus lapis est homo,
Nulla gemma est homo, ergo
Nulla gemma est lapis.

Vides falsitatem principii, quam ulterius sic ostendo.
Illa 2 quae sunt eadem inter se, necessario sunt talia, ut cui repugnat unum, idem etiam repugnet alterum. eg.

Cuicunq repugnat ee homo, illi etiam repugnat ee risibile, quia homo et risibile sunt una res: sicut a una res non potest alicui simul convenire et non convenire, ita una res non potest uni 3tio simul repugnare, et non repugnare: sed e contrario, cuicunq repugnat homo, illi etiam repugnat risibile; consequenter homo et risibile non identificantur cum uno 3tio; unde non pessime infertur quod non identificentur inter se, potius inferendum est, quod inter se identificentur. quare Diligenter e advertendum principium illud sic debere poni, ut 2 a se invicem distincta distinguantur in uno 3tio, non autem differant ab uno 3tio: aliaquin principium falleret, ut abunde iam ostensum e.

§ Tertius.

An principia logica sine metaphysica sufficiant ad omnes syllogismos.

Patet Gabriel Phaeguez 1 parte tractatu 2 d 22 c 2 et Petrus Casilis in summulis lib 3 c 5 n 9 putant unicum principium regulativum omnium syllogismorum affirmativorum ee dictum de omni et unicum principium syllogismorum negativorum ee dictum de nullo.

Contrarium sentiam Hurtado Mendoza d 10 logica sectione 16 ubi ait omnes syllogismos inniti huic principio. Quae sunt eadem uni 3tio, sunt eadem inter se. Imo addit ab hoc principio metaphysico derivari omnem vim in principium logicum hoc est dictum de omni.

Dico 1mo Ambo principia prorsus conveniunt in re ipsa et plane idem dicunt: nam principium quae sunt eadem uni 3tio sunt eadem inter se habet hunc sensum: quidquid potest dici de aliquo distributive, et utrumque sumpto, id etiam potest dici de quovis contento sub illo; nam to dici de aliquo est identificari cum illo, et to negari est distingui: ergo id quod principium logicum explicat per to dici illud explicat principium metaphysicum per to identificari.

Dico 2do Principia loca in 1mis 4 modis 1ae figurae clarius elucent quam metea. Ratio gelusionis est, quia in his modis huius figurae maius extremum in premissis affirmatur distributive et vrlitz de medio vno, et in gelusione affirmatur de minore extremo, quod continetur sub Maiore: ergo clare elucet dictum de omni, id est clare apparet omne illud quod de medio vno dici potest vrlitz et distributive, etiam potest dici de illo, quod sub medio vno continetur. 19

Vnde si ant. potest vrlitz affirmari de sensitivo, etiam homo poterit de illo affirmari, quia omnis homo est ant. quel obiit consideratio evidenter quivenit intellectum.

Est ergo in syllogismis expositoriis et illis, qui sunt in 2da et 3tia figura, clarius apparet principium meteum quam logicum ex. Detur hic syllogismus. 20

Omne peccatum est fugiendum,
Omne peccatum est malum, ergo
aliquod malum est fugiendum.

Hic est syllogismus in darapti, et statim apparet ex eo quod malum aliquod et fugiendum sit idem, ea nati cum peccato seu medio vno: imo potius idem malum et fugiendum sunt eadem inter se, quia sunt eadem uni 3tio. Idem quivis facile deprehendet in aliis syllogismis modo examinet

§ Quartus.

Obiectiones solutae contra principia logica.

Obiicitur 1mo syllogismi qui constant vnius syllogismi vel quartibilibus non possunt dirigi a principio logico, quia nullus vnius similaris aut quartibilis continetur sub alio, ergo principia logica non sunt vrlitz bona, nec omnium syllogismorum regulativa. 21

Rx vrnos quaestibiles contineri sub se invicem per identitatem, et illo modo quo species continetur sub genere, vel inferius sub superiore: nihil omnino satis est contineri unum sub alio per identitatem, ad hoc ut verificetur principium logicum.

Termini singulares verò ita ponuntur in syllmo, ut aequaleant vmo communi vrti. Do exemplum cum dico Joannes est ant. sensus est aequalens huic quam dicere: quod quod est Joannes est ant.

Et sic iam apparet dictum de omni. Interim certum est, in eiusmodi syllmis expositoriis, quae constant meris vrnis singularibus, clarius apparere principia metaphysica, ut constabit considerantibus infra positos syllmos.

Petrus garrit
Petrus est hic homo, ergo
Ergo homo garrit.

Hoc ant. cantat,
Joannes est hoc ant., ergo
Joannes cantat.

Paulus est doctus logicus
Paulus est Turca, ergo
Turca est Doctus logicus.

22 Obijcit 2do dictum de nullo non relatum syllmos 2dae figurae eg. hunc

Omne ant. est sensitivum
Nullum lignum est sensitivum ergo
Nullum lignum est ant.

In hac gelusione negatur ant. de ligno, et si non contineatur ant. sub ligno, ergo hic syllmus non relatur à dicto de nullo.

Rx cum distinctione, non relatur hic syllmus à dicto de nullo, clare quidem consequentiam, non relatur implicite et reductive, Nego consequentiam. Ut à appareat quomodo dictum de nullo

relet syllmum ante positum, sciendum est, quod proposio negativa
potest quaerere simpliciter: igitur minor proposio et conclusio, cum sint
negativae, possunt quaerere simpliciter hoc modo. Nullum sensitivum
est lignum; ergo nullum ante est lignum. ponatur deinde minor proposio
loco maioris, et prodibit hic syllmus.

Nullum sensitivum est lignum,
Omne ante est sensitivum, ergo
Nullum ante est lignum.

Et sic lignum negatum vertitur de sensitivo, negatur in conclusione
vertitur de ante, quod continetur sub sensitivo: ergo dictum de
nullo ei convenit.

§ Quintus

Obiectiones contra principia metea solutae. 23

Obijcitur primo contra principium metaeum scilicet hoc: quae sunt eadem
uni tertio, sunt eadem inter se. huic inquam principio obijcitur
quod videatur fallere in sequenti syllmo.

Essentia divina est Pater,
Verbum est essentia divina, ergo
Verbum est Pater.

In hoc syllmo praemissae sunt de fide certae, et tamen consequentia
est haeretica, licet videatur plane fundari in principio metaeo.
Nam verbum divinum et Pater identificantur cum uno tertio, videlicet
cum divina essentia, et tamen non identificantur inter se: ergo universim
loquendo syllmi in illo principio metaeo fundati non bene
concludunt.

Respondeo primo praedictum syllmum si bene examinetur non esse bonum.
Sed. Vel enim maior praemissa est vertis, habens bene sensum,

Omne quod est essentia divina est pater. Et tunc negatur Maior. Vel est particularis, et tunc gelusio utpote ex 3bus particularibus deducta vitiosa est: minor enim est etiam particularis, habens hunc sensum: Verbum est aliquid, quod est essentia divina. Ecce! medius terminus id est essentia divina nunquam distribuitur: ergo peccat syllogismus.

Resp. 2do Dicendum syllogismum in forma sic responderi cum Hurtado Mendoza [illegible] et aliis. Essentia divina est pater dispergo Maiorem: ita ut distinguatur virtualiter intrinsece a patre quoad Maiorem: ita ut nullo modo distinguatur, nego Maiorem, et distinguo minorem. Verbum est essentia divina, ita tamen ut virtualiter intrinsece distinguatur ab illa quoad minorem, ita ut nullo modo differat nego minorem et nego consequentiam.

Dicitur si sensus sit, essentiam divinam identificari cum patre et Verbo divino, etiam virtualiter intrinsece absolute et simpliciter negandam est propositio. Atque sic apparet quomodo hoc principium metaphysicum etiam in divinis non fallat, si rite applicetur.

24 Objicitur 2do sequens syllogismus ex illo principium.

Omnis homo est ante,
Petrus est homo, ergo
Petrus est ante.

In hoc syllogismo ante non est adequate idem cum homine, nec homo cum Petro: datur enim ante quod non sit homo: et datur homo qui non sit Petrus: ergo ex eo quod homo sit ante, et quod Petrus sit homo non sequitur quod Petrus sit ante. Resp. Vero ante sumi disiunctive est enim praedicatum propositionis affirmativae similiter et homo accipitur disiunctive in minore praemissa: eam igitur licet ante in communi non identificetur adequate cum homine, nec homo ut sic cum Petro; at aliquid ante cum homine et aliquis homo cum Petro adequate identificatur, quod satis est.

Unde colliges in omni syllmo necessario debere praecedere 2 praemissas, nam ut in gelusione 2 nectantur inter se, requiritur ut prius utrumque extremum nectatur cum medio termino, ad quod semper requiruntur 2 propositiones in quarum una maius extremum, in altera vero minus extremum iungatur cum medio termino. Et licet quandoque praecedat gelusionem unica praemissa, illa tamen praemissa virtualiter 2 plex est, et altera tacite sub intelligitur eg. cum dicis

Omnis homo est animal, ergo
Et petrus est animal.

Sub intelligi et propositio: quod petrus sit homo: nisi enim petrus esset homo, tam parum sequeretur illum esse animal, quam parum ex illa praemissa sequitur igne vel lapide esse animal. Ratio. quia tunc 2 extrema non essent identificata cum medio termino, sicut ignis et animal non identificantur cum homine: at vero petrus et animal cum homine identificantur: ergo semper in syllmo et enthimemate requiruntur 3 cognitiones, vel si 2 tamen ponantur expresse, 3tia implicite et virtualiter continetur.

SECTIO 2da.

De figura et modo syllmorum.

Ingenio plena et commendatione digna est fra syllistica ab Aristotele inventa; quae fra definitur: certa dispositio terminorum ac propositionum ad manifestandum ignotum ex noto.

Constat a fra syllistica figura et modo. de qua re more suo solite et pulchre agit Casilius in Sumulis lib 3 c 6 citans petrum Hispanum tract 4 Versolium. Sotum lib 5 c 2 Conimb 1mo priorum c 4 Jabellum tract 6 de syllmo c 1 et alios contra.

25 Figura est apta dispositio, et coniunctio medij termini cum 2 extremis
sic ad Et intelligi descriptio soli et petri Hispani, quae sunt
figuram syllogismi ex 3 terminorum dispositione secundum
praedicatione et subiectione.

Modus syllogismorum est debita ordinatio propositionum in debita qua-
litate et quantitate. Nomine quantitatis sub intelligitur vel
vel partes propositionis per signa expressa. nomine qualitatis
exprimitur affirmatio vel negatio. de quare agi in summulis.
Adverte 3tio Propositiones alias esse immediatas immediatione causae, quando videlicet inter subiectum et praedicatum nulla intermediat causa, qualis est haec: homo est rationalis. aliae propositiones sunt immediatae immediatione subiecti, quando scilicet praedicatum ita immediate inest subiecto, ut nulli alteri immediatius insit tanquam medio, per quod uniatur alteri et 2do subiecto: talis est ista enuntiatio: homo est risibilis: nam risibilitas inest quidem homini mediante rationalitate, et radice mentis, non tamen tanquam subiecto, ita risibilitatis subiectum non est rationalitas: et contra vero haec propositio: homo est sensibilis est mediata mediatione subiecti, hoc est mediante animali,

285 D. 4. de sgtho in genere. Q. 4. S. 2. mbrm 2. §. 2. resolvitur quaestio de

quod est subiectum sensibilitatis, et immediate de homine praedicatur.

Adverte 4to Quaedam propositiones immediatas mediatione causae esse immediatas actu, quaedam esse immediatas immediatione virtutis. Propositiones immediatae immediatione actus sunt illae, quae constant terminis, qui se ipsis immediate gnaxi apparent cognoscenti. Immediatae mediatione virtutis sunt, cuius termini nectuntur mediante quidem causa, at iam sunt resolutae ad prima principia et propositiones immediatas, quibus proinde aequivalent, atque idcirco dicuntur immediate immediatione virtutis: hoc est tales, quae virtualiter aequivalent iis, quae absolute immediatae vocantur.

Adverte 5to Lumine naturae quinci potest, quod dantur propositiones immediatae: et hoc brevitatis sic ostendo, dum hanc propositionem: quodlibet est vel non est. De hac quaero, an illi assentiar immediate vel non? Si assentior immediate, tunc erit immediata, et sic habeo meum intentum. Si non assentior immediate, ergo propter aliam propositionem illi assentior: et de hac propositione, propter quam priori assentior, redit quaestio an illi assentiar rursus propter 3tiam propositionem si affirmas: quaero, an huic 3tiae assentior propter quaedam? et tam diu quaeram, donec deveniam ad unam, cui assentiar propter se, aut fateberis procedendum esse in infinitum. Quia igitur non potest in infinitum procedi, dicendum est, deventum iri ad unam propositionem, cui immediate assentimur: et illa erit propositio immediata ex terminis nota. His animadversis

§ Secundus

Resolvitur quaestio de immediatione praemissarum

63 Suppono hic demonstrationem perfectissimam esse illam, quae probat aliquid propter causam proximam, et non solum ~~propter~~ per causam remotam hoc supposito

immediatae praemissarum. Membrum 3. de certitudine et evidentia praemissarum 86

Dico 1.o Maiorem praemissam perfectissimae demonstrationis debere esse actu immediatam. Ratio gelusionis est, quia si non esset actu immediata, tunc gelusio probaretur tantum per causam remotam, quod repugnat perfectissimae demonstrationi.

Ratio ulterior est, quia maius extremum in maiore praemissa nectitur cum medio termino tanquam cum sua causa proxima; et maius extremum ponitur in gelusione loco praedicati; ita ut praedicetur de minore extremo: ergo si maior praemissa non est immediata, tunc in gelusione non assumitur causa proxima, quod pugnat cum perfectissima demonstratione.

Dico 2.do Praemissa minor non debet esse immediata immediatione actus. Probo. Nisi enim satis esset ut sit immediata immediatione virtutis nimis rarae darentur demonstrationes ut liquide apparebit examinanti. Accedit quod ex eo solum, quod maior praemissa sit immediata iam probetur passio per causam immediatam, quod sufficit ad demonstrationem, ergo non necessario requiritur, ut minor praemissa sit immediata immediatione ~~virtutis~~ actus, sed satis ut sit immediate virtute.

Membrum Tertium.

De certitudine et evidentia praemissarum et gelusionis.

§ Primus.

Praemittuntur quaedam notanda.

Indubitatum est gelusionem syllogismi demonstrativi debere esse certam, nam per certitudinem differt a syllogismo probabili et topico. Deinde ex certitudine gelusionis recte infertur certitudo praemissarum, quia utique gelusio non potest esse certior praemissis; imo, ut supra vidimus, gelusio sequitur debiliorem praemissam. Antequam autem in hac re aliquid decidam, quaedam advertenda praemitto.

Advertendum est 1.o quaedam esse nota in se, et quoad naturam; quaedam esse nota quoad nos, ita ut nobis eorum notitia innotescat: de qua re sermo redibit infra. 64

Advertendum 2do. Cognitionem evidentem esse illam, qua obiectum tam clare repraesentatur, ut intellectus ab ipso obiecto determinetur ad formandum tale vel tale iudicium, ita assentiendo, ac inhaerendo necessitati, ut nullam admittat dubitationem. Sic qui videt solem naturaliter loquendo non potest dubitare an luceat, nec potest iudicare illum non lucere.

Advertendum 3tio. Cognitionem obscuram vocari illam, qua obiectum ita repraesentatur, ut intellectus non necessitet aut determinet ad assensum: unde ulterius ut intellectus assentiatur obiecto, requiritur actus voluntatis imperans assensum. Hinc talis assensus, si naturalis sit, dicitur opinativus, pendens ab imperio libero voluntatis, quae voluntas potest intellectum determinare et inclinare ad formandum contrarium iudicium, eo quod ex parte obiecti non determinetur intellectus ad iudicandum hoc potius, quam illud, cum neutrum determinate verum, et certum appareat, sed utrumque probabile.

Advertendum 4to. Actum probabilem alium esse mediatum, alium immediatum. Actus immediatus probabilis est omnis gelusio dependens a praemissa probabili. Actus probabilis immediatus est, qui non dependet a probabili cognitione. Posse autem dari talem actum immediatum, probabilem facile demonstratur hoc modo. Conclusio probabilis deducitur ex praemissa probabili. De hac praemissa quaero an itidem deducatur ex alia praemissa vel non? Si non, ergo ipsa est immediata et probabilis, et sic habemus intentum. Si vero deducitur ex alia? De illa redit quaestio an ei etiam assentiar propter aliam, et sic vel procedetur in infinitum, quod implicat: vel tandem deveniemus ad praemissam probabilem, cui assentimur immediate propter se: ergo necessario dicendum est dari propositionem probabilem immediatam.

Advertendum 5to. Certitudinem dari quandoque in cognitione obscura: nam actus super naturalis fidei divinae habet summam certitudinem iunctam cum obscuritate: itaque certitudo longe aliud est, quam evidentia: nam evidentia requirit claritatem cognitionis, non ita certitudo.

Et gsequia. §. 1. Scrutantur quidam notanda.

Est autem certitudo firma adhaesio obiecti undecunque tandem illa firmitas proveniat: et licet quidam cognitiones falsae etiam sint firmae quales sunt actus haereticorum in errore suo pertinacium, illae tamen cognitiones non sunt certae, quia non sunt conformes obiecto: Unde Calliges tam conformitatem cognitionis cum obiecto, quam firmitatem adhaesionis et assensus requiri ad certitudinem.

Porro certitudo 3plex est, sci. moralis. Physica, metaphysica. 65

Certitudo moralis est, quando res censetur talis propter motiva, quae quidem absolute et physice loquendo possunt fallere, plerumque tamen et communiter habentur pro infallibilibus, id est pro talibus, quae saltem de via ordinaria non fallant. Talis certitudo est respectu nostri, quod in mundo sit Constantinopolis: hoc quippe scimus ex constanti testimonio hominum veracium et historicorum qui physice loquendo et absolute omnes possunt mentiri, de facto tamen non contingit, ut omnes omnino mentiantur: et idcirco existentia Constantinopolitanae talis mihi moraliter certa est.

Physica certitudo est, quae nititur motivis physicis, et naturaliter infallibilibus, ita ut omnium spectatis rationibus naturalibus necessario sic se habeat, sicut ego iudico se habere, etsiamsi divinitus et supernaturaliter loquendo possit se aliter habere. Talem certitudinem physicam habet is, qui cernens lucem iudicat lucem existere, licet divinitus possit poni visio similis dormiens illectum ad iudicandum, quod existat lux, etsi revera lux non existeret: sicut qui videt hostiam consecratam, et ignorans esse consecratam, iudicat esse panem. Talis hominis iudicium physice loquendo et naturaliter certum est, nisi intervenerit miraculum, per quod deprecato pane consecrantur solae species panis sine substantia panis.

Denique certitudo metaphysica est, qua omnium ita proponitur, ut neque divinitus possit se aliter habere, quam ego iudico. Talis est certitudo immorum principiorum, et actuum experimentalium, quibus reflexe experimur nos sentire, cognoscere, videre, audire etc.

Advertendum est 6to Praeter conformitatem et firmam adhaesionem intellectus, requiri insuper ad certitudinem, ut cognitio habeat invalibilem connexionem cum obiecto, et vel moralem vel physicam, vel metaphysicam repugnantiam cum falsitate; quae repugnantia cum falsitate quandoque inde provenit, quod obiectum non possit se aliter habere, quam ego iudicem: quandoque vero provenit ex essentia cognitionis, quae indispensabiliter exigit ut obiectum ita se habeat, quomodo iudicatur se habere. Tales sunt actus supernaturales fidei divinae, qui ex intrinseco et essentiali praedicato exigunt, ut sint conformes obiecto; ergo haec exigentia indispensabilis, haec talis, ut in nullo casu possibili actus supernaturalis divinae fidei possit existere, quin habeat invalibilem connexionem cum obiecto, et repugnantiam cum falsitate.

Advertendum est 7mo firmitatem et certitudinem eterum binariam dividi: Una enim est certitudo et firmitas intensiva; alia appretiativa. Intensiva desumitur ex pluralitate et augmento graduum, qui in illa reperiuntur in cognitione, vocaturque gradualis. Certitudo appretiativa (quam aliqui etiam esse vocant) est illa, qua iudicium hominis ita firmatur, et roboratur circa obiectum, ut si ex 2 veritatibus alterutra esset deserenda, prius illam deseraret, quae intensive plus aestimatur, quam illam, cui appretiative magis adhaeret. Dum exemplum desumptum a voluntate humana.

Mater aliqua unicum filiolum suum ita tenore amat, ut per amorem vel compassionem quandoque lacrimetur: si videlicet videat, illum periculoso morbo teneri, vel graviter affligi, aut vulnerari: eadem mater etiam Deum amat, pono enim esse foeminam integerrimae vitae, etsi non fleat ex eo, quod sciat Deum graviter offendi per mortalia peccata facinorosorum hominum.

Ecce! Mater filiolum suum intensive plus amat quam Deum,

et longe tenerius ac sensibilius, at verò Deum appretiativè magis amat, quam filium: nam si alteratus deserendus esset, retento Deo potius deseret filium non obstante dolore, quem ex affusione charissimi sui pignoris sentiret. Sic studiosi aliqui intensive magis amant gpotationem, quam patrem: sed hunc appretiativè plus aestimant, quam illam: nullus enim tam sui est immemor, tam à naturâ alienus, qui non mallet carere gpotatione, quam orbari patre, posito quòd alterutro carendum esset. his animadversis

Status quaestionis est an praemissae sint appretiative certiores gclusione? quae gtroversia aequali passu procedit de quocunque syllmo, tam probabili scilicet quam demonstrativo, quia par est utrobique ratio.

§ Secundus

Quomodo praemissae sint certiores conclusione, et an sint evidentiores.

Dico 1.o Quaelibet praemissa seorsim sumpta potest esse evidentior gclusione. Est eorum sententia, et probatur facile hoc modo. 66

Conclusio sequitur debiliorem partem; ergo si una praemissarum est evidens, altera probabilis, debebit etiam gclusio probabilis esse, alioquin non sequeretur debiliorem partem, quia probabilis veritas longè debilior est, quam sit evidens: atqui sic praemissa evidens erit certior gclusione: ergo vera est haec sententia

Dico 2.do Utramque praemissam simul sumptam esse evidentiorem gclusione. 67

Probo. Praemissae sunt propositiones et assensus immediati, penetrantes obiectum absque ulteriori adminiculo et motivo; gclusio verò est assensus mediatus pendens à motivo praemissarum, quod motivum adhibet intellectus velut medium ad formandum iudicium et illationem de 2 extremis.

Jam verò assensus, quo abrito assentimus immediatè sine motivo et adminiculo, est evidentior illo assensu, qui egit alio medio ad

assentiendum requisito: ergo premissae sunt evidentiores conclusione.

68 Dico 3.to Conclusio nunquam potest esse certior premissis simul sumptis, imo nec potest esse certior praemissis separatim sumptis.
Ratio. quia premissae sunt motiva ad assensum conclusionis requisita: non potest autem assensus obiecti esse firmior, quam sit ratio motiva, propter quam obiecto praestatur assensus: igitur conclusio non potest esse firmior assensus quam sint premissae

69 Dico 4.to Praemissae simul sumptae sunt appretiative certiores, quam sit conclusio. Antequam hanc sententiam probem
Adducte, certitudinem conclusionis pro bivariam accipi. 1.o accipitur pro certitudine obiectiva, quae est connexio certa et infallibilis cum obiecto: et de hac certitudine nulla hic est controversia, nam obiectum conclusionis est idem cum obiecto premissarum: ergo quantum attinet ad connexionem assensus cum obiecto, non erit discrimen inter certitudinem conclusionis et praemissarum. 2.do sumitur certitudo pro actu habente ex modo tendendi firmam adhaesionem obiecti; et de hac certitudine dicitur an actus premissarum sint certiores actu conclusionis, hoc est an intellectus per actum premissarum in suo modo tendendi firmius et tenacius adhaereat obiecto, quam adhaereat idem obiecto per actum conclusionis. Nunc
Probo conclusionem cum Arte ex communi et recepto axiomate Philosophico: propter quod unum quodque tale, et illud magis tale: sub summo. sed propter premissas assentimur conclusioni; ergo praemissis magis, hoc est firmius et tenacius assentimur.
Dices: hoc axioma tantum valere in voluntate eligente media propter finem, et ibi recte inferri, quod finis magis ametur, et appetatur, quam ametur et appetantur media, quia media appetuntur propter finem. e.g. Medicina appetitur propter sanitatem: ergo sanitas magis appetitur. imo nisi medicina ad sanitatem conduceret, omnino non appeteretur, quia amarulenta et pallato contraria est. Itaque hoc axioma locum et vim habet in voluntate, non item videtur habere vim in intellectu:

si enim liceret hoc axioma promiscue applicare, tunc sequentes se-
quelae deberent uelut legitimae et bonae gaudi.

Filius est homo propter patrem: ergo Pater est magis est homo.
Effectus existit propter causam: ergo causa magis existit.
Creatura existit propter Deum: ergo Deus magis est creatura

sed ad has replicas quas afferunt Arriaga et Cluedo facile Respondet 70
Nos ultro fateri quod praedictum axioma non ubique habeat locum, nec debe-
at ubiquis temere usurpari. Igitur ut cum grano salis et modo de-
bito applicetur, requiruntur 3 conditiones, quae quoties adsunt, certum est signum,
axioma illud ualide et recte usurpari. Sunt autem requisitae conditio-
nes haec.

1.a est ut Ratio propter quam dicitur aliquid tale, actu reperiatur in illo altero,
quod dicitur magis tale. e.g. fornax dicitur esse calida propter ignem; et
ignis recte dicitur magis calidus, saltem spectata sola hac conditione: Ratio est,
quia fornax fit calida propter ~~ignem~~ calorem, qui actu est in igne: ergo ignis
recte dicitur magis calidus quam fornax, quia Ratio formalis calidi
est ~~ab~~ calor, et hic reperitur in igne quo fornax calefit.
Et contra quamuis aër calefiat a sole, non tamen sol dicitur magis calidus,
quia calor actu non est in sole, sed tantum eminenter; sicut mea manus
e.g. calefit ab anima rationali, licet anima rationalis formaliter non
sit calida, sed tantum eminenter: sic Deus effective illuminat, licet actu
in se non habeat lucem: unde colliges malas esse has sequelas:
aër est calidus propter solem, ergo sol est magis calidus. Item manus est calida
propter animam, ergo anima est magis calida &c.

2da Conditio est ut praedicatum illud sive ratio a qua denominatur aliquid tale
suscipiat magis uel minus. Sic calor propter augmentum gradum ex
quibus constat, suscipit magis uel minus, ac una fornax calefacta dicitur
magis calida quam altera, una aestas dicitur magis calidior altera: una
hyems dicitur magis frigida quam altera: unus homo dicitur magis sanctus
quam alter, quia nimirum calor frigus et sanctitas constant gradibus
ex quorum incremento uel decremento dicuntur magis minusue intensi.

Unde Colliges: licet effectus existat propter causam et creatura sit propter Deum inde non recte inferetur quod causa et Deus magis existant quam effectus et creatura, nam existentia non consistit gradibus neque suscipit magis et minus, sed consistit in praedicato indivisibili.

Tertia Conditio est ut illa forma denominans ita sit derivata ab uno in aliud ut ne quidem concipi possit esse in illo, in quod derivatur nisi dependenter ab eo, unde vide à quo derivatur. Unde Colliges vitiosam esse sequentem illationem

Ignis A est calidus propter ignem B, ergo
Ignis B est magis calidus.

Ratio est, quia ignis A suum calorem non ita habet ab igne B, ut illum non possit aliunde habere. Potest enim ignis A esse calidus etsi in suo calore sit independens ab igne B. e.g. haec altera relata legitima est fornax est calida propter ignem, ergo ignis est magis calidus.

Ratio est quia calor fornacis ita ab igne derivatur in fornace, ut haec non sit calida nisi dependenter à calore accipiat ab igne et ipse formaliter calidus est. his conditionibus positis

Assero axioma prius positum totius valere, quoties haec nominatae 3 conditiones concurrunt. neque potest contrarium ullo exemplo probari oppositio. Deinde probo assertionem hac modo, quando A participat formam à B. b. ita ut forma apretiative magis sit in b. quam in a. tunc valet praedictum axioma, sed hoc fit toties quoties conveniunt praedictae conditiones, ergo in harum conditionum praesentia semper valet axioma. mi probatur. In illo est apretiative magis, in quo serius et posterius desineret esse si in alterutro deberet desinere, atque prius desineret esse in a. quam in b., si illi in alterutro esset desinendum, nam a secundum hac praedicatum ratione huius acquirit denominationem e.g. calidi vel sancti dependet à b. ergo si praedicatum illud deberet in alterutro desinere, utique prius desineret in illo, quod necessario pendet ab altero et in illo altero independenti moneret. e.g. ignis calorem suum derivat in lignum, tam ignis igitur quam lignum habent calorem, sed cum hac discrimine, quod calor ignis sit independens à ligno, è contrario si calor

signi pendeat ab igne. Qui igitur si attendit horum calorum debitudinem finere, quia utique separatim calor receptus in lignum, ut potest dependere quo ad suam existentiam ab igne, et ipsemet suum calorem habet sibi debitum quidem ab emanat independenter a ligno. Porro quia hae additiones separantur in certitudine gelusionis respectu principium breviter finiendo.

Ja Conclusio est ut certitudo sequentiae hoc in principio quia in gelusione

2da est ut certitudo principiorum magis et minus. Nam ad illud adverbium: ergo sola lix. de Deo, circa quae ultro fateatur gelusione pendere a principio, quatenus enim illas esse assensus mediatus hoc est illatione ex alio derivatus atque deductus. Sicut ergo gravescendo ex ista certitudo gelusionis illa pendeat a certitudine principiorum, ut si aliquando assensus debuerunt desistere, potuit de desistere ab assensu gelusionis. Haec igitur hic dicta. Cui ex 2 alterum dependere est, potuit desistit in ratione derivata nativo pendet ab altero illud alterum cum independens fuerat: atque gelusio in ratione certitudinis a principio derivata pendet nativo a principio, et hoc in eadem ratione certitudinis sed inde pendentes a gelusione, ergo si debuerit intellectus desistere aliquando assensu potuit desistere ab assensu gelusionis: ergo a primo ad ultimum intellectus apprehendit finis ad horum principio quia gelusioni.

Dubium.

Solutio obiectionum.

Argumentum Arist.: Ponamus currere et hoc posito si intellectus intelligit: ergo currunt 2 in At intellectus ita esse dispositus ut si debuerit desistere ab alterutro assensu, fiat nul aliquo quod dicit: currunt et nul ab hoc quod dicit, ergo currunt 2: si inquam ab alterutro debuerit desistere: non potuit desinere assentiri gelusioni, quia principio, quia facilius relinquitur 2 illud indicium. At ad hoc veritatis dicit requiritur atque ad hoc principia verificandae plus requiritur, quam ad verificandam gelusionem: enim longe plus dari 2 qui currunt, quam 4: atque ut verificetur gelusio requiritur duntaxat dicit ex 2 currere et non dicit 4 currere, ergo plus requiritur ad verificandum ens, quam ad verificandam gelusionem requirat: et in hac disparitate firmior est assensus principiorum quam gelusionis.

Rx: Dicit in allato exemplo firmiorem esse assensum principia, quam fit assensus gelusionis: posset enim immediate ab experimentali scientia et per sensus habere quod currunt duo et certitudo

72

naturaliter infallibilis, licet assensus gelasionis tamen sit deductus et à priori dependens. Itaque licet propositio affirmans currere quatuor secundum se spectata plus requirat ad sui verificationem, quam requirat propositio 2 currere, si etiam haec secundum se spectetur: nil ~~[illegible]~~ nil omnino si haec 2da affirmans duos currere spectetur quatenus est illativa, mediata, deducta, et dependens à priore, tunc aeque multum requirit ad sui verificationem, quam requirat praemissa: nam assensus gelasionis non tantum affirmat obiectum gelasionis, sed etiam obiectum praemissarum. Et si res exacte consideretur, gelasio dicens ergo duo currunt habet hunc sensum, currunt 2 et ideo 2 currunt quia currunt quatuor, in quibus continentur 2, quod nec Arria negat; et ideo miror quod ipse A hoc argumentum nobis obiiciat, quod tamen ipsi etiam solvendum est.

73 Obiicit idem Arria. d. 16 n. 36. Intellectus lumine naturae evidenter cognoscit idem esse, quod duo sint eadem uni 3tio. et quod sint eadem inter se; ergo intellectus [illegible] A esse certior de veritate unius, quam de veritate alterius hoc est aeque certus est A et B. esse eadem uni 3tio, quam quod sint eadem inter se: sed in praemissis cognoscit quod A. et B. sint eadem uni 3to, hoc est medio termino, et in gelasione cognoscit quod sint eadem inter se; ergo aeque certus est de veritate cogelasionis quam de veritate praemissarum. Deinde hoc argumentum conformat et probat sequenti syllogismo.

Deus est summa veritas
sed Deus revelavit se esse summam veritatem, ergo
Deus est summa veritas.

Ecce! (ait Arria) in hoc syllogismo non habeo maiorem certitudinem respectu utriusque praemissae, quam respectu gelasionis. Immo certitudo gelasionis est eadem cum certitudine praemissarum.

Rx 1o Certitudinem obiectivam esse simpliciter rationis in gelusione, sicut est in praemissis, sed tamen modum adhaerendi et assentiendi aliter obiecto, esse alium in praemissis et alium in gelusione: ex quo modo colligi debet maior minorve certitudo actus. quod ad syllogismum Arrae attinet Rx 2do. Dico plane mirum esse, quod tali tantaque viro hic syllogismus exciderit, cum undequaque vitiosus sit, et graviter peccet. Videamus vitia, quibus laborat.

1um est quod terminus DEUS ter ponatur, sci: in singulis praemissis, et in gelusione. 2dum quod medius terminus ingrediatur gelusionem. 3dum quod terminus revelavit tantum semel ponatur. 4dum quod minus extremum sci to revelans non ponatur in gelusione. 5dum quod maior propositio constet iisdem omnino terminis, quibus constat gelusio. his 5que vitiis si adhuc duo addidisset Arra merito de illo dici posset, quod commisisset septem peccata mortalia: Igitur has nevos ~~de~~ prius demat hic A ut recte concludat. sic igitur formandus est syllogismus.

Deus est summa veritas
Deus revelavit se esse summam veritatem, ergo
Aliquid revelans se esse summam veritatem, est summa veritas.

Et hoc modo ~~nihil~~ nihil assertioni nrae contrarium infertur, sed adhuc praemissae quo ad firmitatem adhaerendi, in modo tendendi sunt appretiative certiores gelusione

Rejicit Mendoza hic d ii logica §. 3. §. 37. hoc argtm. 74
Eo actus est certior, quo plures habet rationes, quibus moveatur ad verum assensum: sed non sunt plures rationes moventes ad assentiendum simul utrique praemissae, quae moveant ad assentiendum gelusioni, ergo utraque praemissa non est certior, aut evidentior gelusione. minorem sic probat. (In praemissis (ait) non sunt plures causae determinantes ad assensum, quam sint in gelusione, ergo nec maior evidentia, nec maior certitudo erit in praemissis quam sit in gelusione.

minorem denuo probat sic: species quae ad gelusionem gerunt, sunt evidentes: et habitus determinat intellectum ad assentiendum obiecto gelusionis: atque praemissae non habent plura determinativa ad veritatem, ergo nec erunt certiores, nec evidentiores gelusione.

Ad hoc argumentum absolute Respondeo pro negando Maiorem. quia falsum est quod certitudo physica, quae nititur dare motivis et rationibus, sit ipsa certa, quam certitudo metaphysica, quae nititur unica ratione et unico motivo. Demus exemplum.

Apud omnes certum est assensum, et propositionem, qua dico: duo et tria sunt quinque esse ex natura sua certiorem, quam sit assensus quo iudico causam efficientem esse naturam priorem effectu, quantumvis hic ultimus assensus nitatur longe pluribus rationibus. Sic multae sunt rationes, quae videntur persuadere, quod caeli sint liquidi, et nihil omnino longe incertius est, caelos esse liquidos, quam: omne quod est esse ens: cum tamen haec veritas non constet iuste et tam multis motivis.

Dicet Mendoza se Maiorem praemissam ponere in sensu absoluto, non in exclusivo, quasi dicat, tantum illum actum esse certiorem, qui habet plures rationes motivas.

Sed contra. hoc modo syllogismus Mendozae erit vitiosus, habebit enim minorem negativam, et consequenter maius extremum non distribuetur, est enim syllogismus in 1a figura. talis syllogismus est infra positus.

Omne illud est sensitivum, quod est brutum,
Nullus homo est brutum, ergo
Nullus homo est sensitivus.

75 Objicitur ultimo. si praemissae sunt certiores gelusione, tunc poterit accidere ut praemissae sint certae, et gelusio incerta, potest enim utraque praemissa habere infimum gradum certitudinis, hoc est tale, quo non datur minor et remissior: ergo similiter omnino gelusio deducta non tam certa sit quam praemissae, sequitur quod nullo modo sit certa, quia ponimus non dari minorem

certitudinem, quam sit illa quae reperitur in praemissis; ergo vel
gelusio nullam prorsus habet certitudinem, vel habet certitudinem
talem, qua minor non datur, et sic iam habebit aequalem certi-
tudinem cum praemissis.

Rdo Posset sic ex probabili multorum sententia, non dari absolute
minimum gradum certitudinis, quem non sit possibilis minor de quo naturaliter
plura agemus de materia de continuo. quod sit de hoc

Rx 2do negando quod praemissae possint habere tam imperfectum
gradum certitudinis, ut ne quidem Deus possit producere minorem.
Sicut enim Deus potest producere creaturas homine in infinitum
imperfectiores, nunquam deveniendo ad creaturam omnium
imperfectissimam, sic potest produci imperfectior assensus quoad
certitudinem quam sit assensus praemissorum determinatarum nunquam
perveniendo ad imperfectissimum.

Membrum Quartum
de ultima conditione demonstrationis.

Postrema demonstrationis conditio est, ut praemissae contineant causam 76
gelusionis; advertendum est autem, hic non esse quaestionem de
causa motiva, certum est enim, praemissas movere ad illationem,
sed solam esse controversiam de alia ratione causandi, de qua
mox dicetur. Itaque

Adverte causarum genera communiter quatuor assignari nempe
efficientem, materialem, finalem, formalem: de quibus omnibus
agemus in physica. Deinde ulterius est notandum causam
aliam esse adaequatam, aliam inadaequatam. Causa adaequata
est illa, quae sola et sine consortio ac influxu alterius aliquid
producit. Sic Deus solus sine concursu alterius potentiae producit
angelos, et animas rationales. Causa inadaequata est,
quae effectum non producit sola et sine concursu alterius, sed ita sunt
influxum attemperat, ut in ordine ad productionem eiusdem

effectus admittat causas: sic tres homines simul producunt motum alicuius saxi, quod ab uno solo moveri non potest. sic quidem equi trahunt plaustrum bene onustum, cui trahendo unus equus non par foret. Itaque unus equus, et unus homo non est causa adaequata motus, sed tantum inadaequata.

Porro alia causa est virtualis, quae sic concurrit ad omnes effectus, ut Deus. Alia est particularis, quae restricta est ad certum et determinatum effectum; sic ignis ex natura sua determinatus est ad producendum calorem et siccitatem.

Ulterius alia causa est immediata, quae absque ullo medio influit in effectum. alia est mediata, influens tali influxu, ut prius influat in causam inter mediam, et postea primum in effectum: de quo fusè in physica.

Denique alia causa est actualis, quae sc. absolutè et proprie causat effectum. ut sol lucem. Ignis calorem. anima cognitionem.

Alia causa est virtualis: et haec cum suo effectu identificatur, atque ideo in rigore non dicitur producere effectum. dicitur tamen nihil aliud effectum suum aequivalenter causare, quia habet se per modum causae actu causantis; seu ita constituta est, sicut causa actualis ab effectu suo distincta et proprie causans. Sic rationalitas dici potest virtualis causa risibilitatis, et virtus radius metaphysica, non physica; est enim ita constituta, ut si a risibilitate realiter distingueretur, eam planè emanaret atque produceret, quemadmodum ignis producit calorem, et anima sensationem.

Dico 1.° Ad praemissas non plus requiritur, quam ut sint, vel contineant causam virtualem. Probatur assertio ex paritate aliarum scientiarum, quae non necessario requirunt causam actualem, sed tantum virtualem. Talis scientia est Mathematica, cuius demonstrationes non semper fiunt per actualem causam.

77 Dico 2.do Causa demonstrationis debet cum effectu necessario esse connexa, cumque illo convertibilis: debet enim per demonstrationem probari passio et proprietas rei, quae utique nexa est cum re, cuius est proprietas,

et cum causa, ex qua suo modo emanat: ergo etiam erit cum illa
quaestibilis hoc est talis, ut ab eius existentia legitime inferatur
existentia effectus: sicut si Annulus A. nexus est cum Annulo B.
legitime erit haec consequentia existit annulus A, ergo etiam existit annulus B.
nexus cum annulo A. Est enim impossibile ut nexus sit et tamen non
existat.

Demum locus ultimae conditionis requiritur ut propositiones sint per se 78
contra autem assignantur 4 tuor modi per se.
1us est modus per se praedicandi. quo modo Oviedo et Mendoza appellant
quidditativum, et tunc datur, quando vel definitio, vel pars definitionis
praedicatur de definito. ex. homo est animal homo est rationalis, homo
est animal rationale in qua ultima propositione tota definitio hominis
praedicatur de definito homine, in reliquis vero 2 praedicatur pars definitionis
de homine; et ideo in obiectis 3bus reperitur modus per se praedicandi.
2us est modus per se inhaerendi. qui tunc datur, cum de subiecto prae-
dicatur proprietas: ut cum dico: homo est risibilis. homo est logicus homo
videt. Tertius est modus per se existendi cum sic: praedicatum
ponitur ad modum per se stantis et hic proprie tribuitur substantia,
ut cum dico: homo est animal. Petrus est homo, brutum est corpus.
4us est modus per se causandi quando videlicet effectus ponitur
cum causa, ex qua effectus necessario sequitur: ut cum dico petrus est risi-
bilis. sive rationale est risibile. musicus sit cantare. Ex
de his modis fusius agit Hurtadus Mendoza item Oviedo et alii
Phylaschi passim qui videri possunt. res tanti momenti non est ut pro-
lixius disputetur. Properemus ad finem
Hic aliqui agunt de regressu demonstrativo, et circulo syllogistico.
verum non visum est mihi apare pretium hac de re aliquid adiungere:
nam satis abunde est, ut logicus sciat syllogismum ultimum esse, si gelasio
per praemissas probata deberet denuo assumi per modum medii, quo medio
denuo probanda essent praemissae, per quas gelasio probatur, et per quas
assensi sunt praemissis, nam qui vellet probare currum moveri, is ad
recte quidem sic discurreret: ideo currus movetur, quia equi illum
trahunt. Quod si vero rursus quaeratur cur moveantur equi,

et si talis interrogatus Rdoret, et diceret: ideo mouentur equi, quia mouetur currus, quibus equi mexi et iuncti sunt, faceret circulum vitiosum: nisi dicat motum equorum tm a posteriori et ex effectu probari: motum vero curus probari a causa, equi enim sunt causa, cur moueatur currus, et ipsius motus efficitur ab equis: et haec talis Rsio tollerari pt, non vero illa, quae sequitur.
Ideo sol mouetur circa terram, quia terra est centrum uniuersi: et ideo terra est centrum uniuersi, quia sol mouetur circa terram. ubi uides committi vitiosum circulum et nihil demonstrari, ut recte ostendit Artes textum 6 contra antiquos Phylosophos, quos refutat.

Disputatio Vltima

Quaestio Prima

De scientia.

Sectio Prima.

Quid sit actualis scientia, et quale obiectum habeat.

Haetenus de premissis demonstrationis egimus, nunc breuiter de conclusione agemus: ubi quidam occurrunt dicenda de scientia actuali et opinione; de quibus denuo redibit sermo in metha ubi hanc materiam fusius disputabo.

j Scientia latissime accepta est quis cognitio intellectualis, praesertim si sit certa, et infallibilis; quo sensu etiam actus supernaturales fidei diuinae dicuntur scientia. Strictius vero sumitur scientia pro cognitione euidenti alicuius rei tam mediata quam immediata; cognitio mediata, id est discursiua scientia non conuenit Deo absolute perfectissimo; nam formalis discursus

et quis cognitio mediata illatiua è ally deducens quod ex alio
cum quadam dependentia, qua cognitio illata dependet ex aliquo
notiori: Porro hic nolly scienti inuolui aliquam imperfectionem
in principio cognoscitiuo, et ideo in Deo non poterit esse illig
summa perfectione, cui omnis imperfectio repugnat.
Denique praecipue accipitur scientia pro cognitione euidenti deducta
per syllogismum ex principij euidentibus.
Ex libro 10 primum Aristot. c. 2. colligitur haec definitio scientiae,
quam etiam nunc Philosophi tradunt de hac.
Scientia è cognitio certa et euidens rei per causam cognoscentem
rei est, et quod illig causa est, et non aliter se habere
Ors partes huius definitionis in priori quaestione sunt expositae
usque ad ultimam sci. adhuc: et non aliter se habere, quibus
partibus insinuat Philosophus, quod alia demonstrationis deberet
esse necessaria, quae ad effectum, hoc quo ad generationem fidelitatis cum
subiecto, et existentia unius seu naturae trahat existentia alterius
sic exempli gratia calor seu natura trahit visibilitatem, cuius
visibilitatis natura radicatur et fundatur; sic dicit eius causa cum
effectum suo natura genera seu trahit coexistentiam effectus, si ni,
minus deliberato modo cognoscendi eius applicetur passio, et nihil
de sit quod exprime ally ipsi requiritur.
Dicis: frigus è effectus et proprietas aquae, et tamen quando separatur ab aqua,
ipsa existentia aquae non necessario seu trahit existentiam frigoris,
quia si demonstretur aquam esse frigidam, demonstrabitur aliquid de obiecto, quod
cum illo nunc naturam gaudet est, et quod aliter se habere ex defectu
demonstrationis quo ad ultimas partes et maxima.
Ad frigus esse
proprietatem aquae, et non esse aquae tantum aliquem, seu cum euidens, sed
necessarius; si enim aqua spoliatur frigore, tam violente illo spoliatur
et deperdit si relinquatur in suo statu naturali, tunc ex extrinseco
principio saltem reducetur ad suum naturale frigus, et in hoc casu frigus
et aquae necessarium, hoc è tale, et aqua naturali statui relicta non potest
non esse frigida.
Prono requiritur et fiat, è de obiecto in suis individuis inferioribus
multiplicabili, et per illud aliquid passio de obiecto verificatur sumpta.

3

Ita docet Artes 1o posteriorum textu 11. et 21. ubi docet singularium non esse scientiam. Sine rationalitas non vocatur differentia Joannis, Petri et Pauli etc. sed dicitur esse differentia hominis; nam Joannes, Paulus et dicuntur esse rationes resibiles in quantum homines sunt, id est ratione humanae naturae. Pari modo cum aliquid demonstratur de sole et luna, id demonstratur de hac sole et de hac luna in particulari, quatenus sunt haec singularia, sed demonstratur de quocunque sole, et de quacunque luna, si multiplicarentur, uti itidem docet cit. Artes 7. metaphysicae textu 55. ubi reprehendit illos AA, qui definiunt hunc solem, in quantum est hic sol: definio enim non est singularium sed universalium: sol autem est universale, utpote cui non repugnat geipi geeptu abstractivo quo fiunt universalia, ut suo loco supra probatum est.

Denique requiritur ad scientiam stricte et rigorose sumptam, ut habeat obiectum reale positivum: hinc in rigore de ente rationis et negationibus non datur proprie demonstratio.

SECTIO 2da

De scientia habituali

Primus

De unitate scientiarum.

Ex acta habituum explicatio ad animasticam pertinet, igitur hic attingam ea solummodo, quae ad praesentem materiam intelligendam necessaria videbuntur.

4 Notandum 1o habitum esse facilitatem operandi ex multiplicatis actibus acquisitam in ordine ad actus scientiae eliciendos circa omnem attributionis, vel attributum.

Notandum 2do Nos hic quaerere unde nam unitas unius scientiae e.g. logicae desumenda sit? Item hic controversiam nobis esse, et quaeri, unde nam colligatur eiusdem logicae differentia, qua discernitur ab omni alia scientia? Unde ulterius colliges, per unitatem physicam e.g. intelligi totalem habitum, qui facit scientiam habitualem physicam, ex pluribus partialibus habitibus conflatam. nam quis scientia habet plures et diversos habitus partiales, qui omnes et singuli ad actus unius scientiae facilitant, qui item omnes simul aggregati constituunt unum habitum totalem, seu unam scientiam habitualem.

Notandum 3tio hoc loco indagari a nobis unde colligatur totalitas unius habitus uno nomine significati, e.g. habitus seu facilitas definiendi dividendi ratiocinandi, unde colligatur potius ad habitum logicae

quam alterius scientiae pertinere
Notandum 4to Nomine obiecti formalis intelligi omnem praemissarum, nomine obiecti materialis exprimi omnem conclusionis: porro caeteri AA docent omnia obiecta formalia, quae ab habitu logicae affinguntur, constituere totalem habitum logicae, et inde desumendam unitatem huius habitus.
Notandum 5to Obiecta formalia cuiuscumque scientiae esse varia, eaque omnia simul sumpta constituere obiectum adequatum: Iam vero cum illa diversa obiecta habeant quandam convenientiam, et similitudinem, quae ab iis abstracta constituat omnem adequatum illius scientiae, oritur difficultas in assignando certo praedicato, sub quo scientia considerata differat adequate ab omni alia scientia. Et hanc difficultatem animadvertit Quicdo controversia. 1. Proemiali logicae pu. 3. n. 8. In qua re AA variant, et inter se dissentiunt. Videamus quorundam opiniones, et illas examinemus.

§ Secundus

Quid alii AA hac de re censuerint.

Conimb hic in c. 23. de certitudine et unitate scientiae in 5. artic. q. unica docent, scibilitates ad scientiarum unitatem et distinctionem requisitas, desumendas esse ex variis abstractionibus, quae abstractiones abstrahunt à materia. Pro hac sua assertione citant Conimb Platonem. Arist. Divum Tho. Aquinatem. opusc. 10. q. 5. art. 1. de virtutibus q. 2 art. 4. et 1. q. 54. art. 2. Caietanum et reliquos Tomistas universim. Cum his AA consentit ex RR Tellez d. 18. logica. s. 4 citans pro eadem complures alios.
Hi ergo AA omnes hactenus recensiti docent 3plicem dari abstractionem pro 3plici materia. 1a abstractio est scientiae physicae, quae abstrahit à materia signata, seu individuali, non vero à materia sensibili: physica enim scientia considerat corpus naturale quadrale, ut sensibile et quidem ex officio suo; ergo à materia sensibili non abstrahit, sed tantum à materia signata.

2.da abstractio est à materia signata et à materia sensibili, non tamen à materia intelligibili. Ut hac modo docent AA abstrahere scientiam mathematicam, quae ratione sui obiecti considerat quantitatem non hanc determinatam et numericam, nec ut sensibilem, sed praecise ut intelligibilem.

3.tia Denique abstractio est à materia signata, sensibili et intelligibili: et haec abstractio attribuitur scientiae metaphysicae, quae considerat ens in communi, et prout est indifferens ad ens spirituale et materiale. Huic sententiae sic explicatae nunc eorum se opponunt RR. nominatim vero Hurtadus Mendoza Smiglecius Rodericus Arriaga Franciscus Chiedo Convalonerius et alii.

6 Dico 1.o ab hac abstractione non bene desumi unitatem et distinctionem scientiarum. Probo conclusionem 1.o Plures habitus etiam practici abstrahunt à materia signata, etsi non abstrahant à materia sensibili; ergo hi habitus non differunt à scientia physica quae non abstrahit à materia sensibili. 2.do Physica agit de anima rationali, ergo saltem quo ad hanc partem abstrahit à materia sensibili, et confunditur cum scientia metaphysica. 3.tio potest in physica fieri multiplex abstractio, videlicet: à materia signata, non tamen à materia generabili et corruptibili. Item fieri potest abstractio à materia mixta, non tamen ab elementis: à corpore vegetativo, non tamen à corpore sensitivo: ab anima rationali, non tamen à vegetativa. Etc. Sicut ergo Physica de facto est scientia totalis, non obstante diversitate materiarum quas tractat, ita ex his abstractionibus deberent adversarii colligere, quod in scientia physica contineantur plures scientiae totales, quod nemo iam dicit. 4.to De Deo agunt duae diversae scientiae, nempe Theologia et metaphysica, et tamen hae 2 scientiae non habent diversam abstractionem à materia. 5.to Musica quae est pars mathematicae, agit de

materia sensibili, nempe de numero sonoro:
Optica, q̃ idem pars ē eiusdem mathematicae, agit de lineis visualibus:
Mechanica, seu statica, de ponderibus agit, astronomia de
Eclypsatione solis et Lunae, q̃ obiecta seu materia omnia sunt
sensibilia, et tamen ad unicam mathematicam pertinent: quomodo ergo
per abstractionem à materia sensibili differet mathematica
à physica? ego certe id non video. 6to scientia metaphysica
considerat Deum, ergo non abstrahit ab individuatione et singulari-
tate. 7mo In eadem scientia metaphysica reperitur 3plex diversa
abstractio. nam 1o abstrahitur ens ab omnibus entibus creatis, et haec
ē abstractio precisiva. 2do eadem metaphysica abstractione negativa,
quatenus nimirum considerat Deum, in quo nulla ē materialitas.
3tia abstractio eiusdem scientiae ē à materia sensibili, non tamen
à compositione accidentali, quatenus sci. tractat de Angelis, qui
carent quidem materia sensibili, sunt tamen nihil omnino capaces
accidentium spiritualium, q̃ recipiuntur in Angelis velut in
subiectis informationis: tales sunt omnes operationes, ab angelis elicitae.
Haec igitur 3plici abstractione posita
Q. nunc ex Conimb. cur hae 3 enumeratae abstractiones non
constituant 3 totales scientias? cur per diversitatem abstractionum eadem
scientiae distinguantur, quaedam vero non distinguantur, etsi nihil omnino
à diversis materiis abstrahant? sic Cur de aliis similiter loca
abstrahit à materia sensibili ac intelligibili, dum considerat
operationes mentis in communi et dirigibilis: cur ergo ex ista Conimb.
logica non differt à metaphysica? nulla sane ratio apparet.
2da sententia ē Patris Arriaga q. d. 1. logica. §3. subs. 4. docet
quod habitus cuiuscunque scientiae habeant ab ipsa natura inter se
ordinem aliquem, et connexionem, ratione cuius dicuntur habitus illi constituere
unam scientiam totalem. et paulo infra hic n. 41. idem A habet haec
verba.

Maior gnexio inter cognitiones scientiae, non est voluntaria: quia quantumvis Philosophus velit cognitionem politicis ordinare ad cognitionem lunae, nequaquam poterit ea iuvari; quod negare nequit esse ex natura sua inter plures cognitiones gnexionem &c.

Docet igitur Arriaga 1o. Omnes cognitiones habentes talem gnexionem in ordine ad aliquam obiectum attributionis constituere unam scientiam naturalem sua, et non ex libera hominum voluntate

Docet 2do obiectum attributionis non esse ad placitum Philosophorum, quia ad eorum placitum non est ordinare caeteras cognitiones ad illud obiectum. Docet 3tio illam gnitionem versari circa obiectum attributionis in aliqua scientia, quae supponit quidem alias cognitiones, ipsa autem ad nullam supponit. Unde rursus infert, reliquas cognitiones, quae ab aliis cognitionibus supponuntur, pertinere quidem ad eandem scientiam, sed tantum versari circa obiecta attributa. Ita docet cit. Arriaga. Et in re ipsa consentit Hurtado Mendoza d. 1. met. in proem. s. 7. subs. 2.

Dico 2do haec sententia universim non est bona.

8 Probatur 1o. Quia ex illa quae communis et certa Philosophorum sententia sequitur, non dari scientiam speciei infimae, quae versetur circa rationem genericam comprehendentem sub se homines, caelum, elementa, corpus organicum, animam &c. quae omnia continentur sub ratione communi corporis naturalis, uti communiter docent Philosophi, sequela probatur: quia cognitio corporis naturalis in genere non habet intrinsecam gnexionem cum inferioribus sub corpore naturali in genere contentis, uti fatetur ipsemet Arriaga: quod tenetur hic Agredere, quae communis Philosophorum opinione, Physica non esse, imo nec esse posse unam scientiam totalem et specificam, cuius obiectum attributionis sit corpus naturale in genere consideratum.

Probatur 2do Ex eadem sententia Arriaga sequitur Deum esse obiectum attributionis in physica: sequela probatur. Ex mente huius Auctoris dicendum est, illud esse obiectum attributionis in aliqua scientia, ad cuius meliorem intelligentiam reliquae cognitiones serviunt: atque ad meliorem intelligentiam Dei serviunt multae cognitiones pertinentes ad scientiam

physica, qd Deus ē obiectum attributionis sciēt physicæ. minor pho. Cognitiones hominis et cœli sunt cognitiones physicæ, et hæc ordinantur ad meliorem intelligentiam Dei, qd cognitiones physicæ ordinantur ad meliorem notitiam Dei; et sic Deus fore aequè ~~autem~~ attributum in physica, quam in ~~meta~~, quod ubique adversatur omnino sententiæ Peripateticorum sectæ. Quod neq; logica distinguitur à physica. pho. Cognitiones logicæ versantur circa ipsas operationes hominis, ut (ut alij gerunt.) circa intellectum humanum: qd vel maxime ordinantur ad meliorem intelligentiam ipsius hominis, et ita ex mente et sententia ipsius Aristotelis ē obiectum physicæ; qd obiecta physicæ et logicæ confundunt; vel qd mente Aristotelis habendum ē, autem unius sciēt cognitiones habere ad singularem gradationem cum cognitionibus alterius sciēt: et sic nullum omnino reperit fundamentum, ex gradatione cognitionum deducendo unitas sciārum; atq; ita ruit totum fundamentum, ædificij, qd Aristotelis struxit.

Dicit Aristotelis, cognitiones hominis ordinari qdam ad alias cognitiones, nunquam ad aliam cognitionem ~~simplicem~~ sciēt non simplicem. Sed qd hoc Dictum Aristotelis sic arguitur. hæc ipsa qd Aristotelis dat qd Rex ē in questione: qd hic A. manifestè ~~contradicit~~ contradicit sibiq; ipsi: nam ex eo qd cognitio aliqua non ordinetur ad aliam cognitionem, colligit hic A. ultimam unitatem sciēt: qd verè infertur, qd cognitio illa, qd ordinatur ad aliam, absolutè non est ultima in sciēt totali. vel si qd esse ultima et nihil omnino tamen ordinari adhuc ad cognitionem alterius sciēt, ita quidem ut in illa intransitè gradatur, denuo sequitur distinctionem sciārum non verè desumi ex ordine cognitionum: nam (ut ita dicam infinitum.) cognitio hominis, (pertinet ad autem sciēt physicæ, qd ad singularem ordinari ad cognitionem alterius sciēt; igitur ut sciamus quod illa altera cognitio ad aliam ~~et~~ distinctam sciēm pertineat, necessum erit, ut sciēt independenter ab hac gradatione inter se distinguantur: quod directè repugnat affectioni et fundamento Aristotelis: ut facilè deprehendet, qui ut accuratè examinavit.

9 Urgeo argtm, et Vx ex Avra vadenus, et quomodo sciat, cognitione corporis naturalis intrinsecè et ex nra sua ordinari ad aliam cognitionem eiusdem scie, sci. ad meliorem cognitionem ipsius hominis? quomodo hic A. scit cognitionem hominis pertinere ad unam scientiam totalem, quae vocatur Physica? quid si aliquis negaret cognitionem hominis spectare ad scientiam physicam? quomodo obsecro Avra probabit contrarium? an inde, quia caeterae cognitiones in physica ordinantur ad cognitionem hominis? si hoc dixerit, contra sic argtor. Omnes cognitiones scientiae physicae intrinsecè ordinantur ad melius cognoscendum Deum, ergo Deus erit obiectum attributionis scientiae physicae. Probo sequelam ex paritate rationis, quam Avra approbat. Ideo cognitio hominis (iuxta hunc A.) est obiectum attributionis in Physica, quia caeterae cognitiones eiusdem scientiae ad hanc referuntur et ordinantur: atque omnes cognitiones huius eiusdem scientiae physicae ex nra sua ordinantur ad melius cognoscendum Deum, ergo tandem volens nolens debebit Avra fateri in suorum principiorum Deum esse obiectum attributionis in Physica. An forte dicet Avra, se aliunde supponere, et quidem conformiter consensui caeterorum Phylorum, cognitionem hominis certò spectare ad Physicam? recte id quidem supponit, sed contra nihil omnino aliquid potest huic A. Ex hoc Rso sequi, quod Unitas scientiae non desumenda sit ex connexione cognitionum, sed aliunde.

Denique impugnatur haec assertio Avrae hoc modo.
vel tantum certae cognitiones et selectae aliquae habentes intrinsecam illam ordinationem et connexionem pertinebunt ad unam scientiam totalem, vel omnes omnes habentes eiusmodi connexionem constituent eandem scientiam? si dicis quod omnes: tunc Physica et Theologia constituent unicam scientiam totalem, quod largè absurdissimum. sequela probo, quia cognitiones scientiae physicae intrinsecè ordinantur ad obiectum attributionis in scientia Theologica, videl. ad melius cognoscendum Deum. si dicis quod tantum aliquae habentes tale connexionem constituant unam scientiam totalem,

Tunc quaero ex te, quae nam illae sint? quomodo vocentur? et cur illae tantum? Vides quomodo ad ulterius fundamentum recurrere debeat. Itaque haec arrae sententia recitata, alia relata huius unitatis et distinctionis scientiarum investiganda erit.

§ Sentiq

Statuitur alia regula

Petenda est haec relata ex iis, quae in prolegominis de obiecto logicae diximus, ex quibus paucula iterum repetenda et in memoriam revocanda videntur itaque

Notandum est 1.o obiectum attributionis etiam scientiarum speculativarum esse id, in quo contemplando sistit habitus scientificus; ea vero quae ulterius ordinantur, et quae non obtinent rationem finis esse obiecta attributa. 10

Notandum est 2do, sicut pro obiecto logicae naturali assignavimus operationes in communi qua dirigibiles: pro attributionis obiecto 2dam et 3tiam operationem rectam: et pro ratione formali quae dirigibilitatem; sic cum proportione in scientiis speculativis praeter obiectum requiri semper ratione formale quae. e. g. obiectum Physicae est corpus naturale, ratio formalis quae est naturalitas.

In Theologia obiectum est Deus. Eiusdem scientiae ratio formalis quae est Deitas: vocatur autem ratio formalis quae illa, quae est ratio sub qua obiectum consideratur a scientia. sic e. g. operationes qua dirigibiles, et sub formali ratione dirigibilitatis consideratur a logica, corpus naturale qua tale, et sub ratione naturalitatis consideratur a scientia Physica: sic denique Deus sub formali ratione divinitatis consideratur a scientia Theologica.

Notandum est 3tio cum duo diversi habitus possint habere eandem rationem formalem quae, et idem obiectum attributionis, signum evidens est, eiusmodi 2 habitus non diversificare a ratione formali, et obiecto

attributionis, sed ex motivo praemissarum. e.g. scientia metaphysica et scientia Theologica ambae considerant Deum sub ratione Deitatis; ergo sub hac consideratione haec 2 scientiae non diversificantur. nihil omnino tamen, quia metaphysica adhibet in praemissis aliud obiectum et aliud medium demonstrativum ad probandum passionem vel principium, quam adhibeat scientia Theologica, id vero per talem motivum, seu medium, et obiectum praemissarum, differunt metaphysica et Theologia. igitur Theologia est pro motivo unam praemissam revelatam: at vero scientia metaphysica pro medio demonstrativo adhibet in praemissis jam principium lumine naturae notum: ergo haec 2 scientiae ratione motivorum et mediorum, quae adhibent in praemissis in ordine ad faciendam conclusionem, inter se diversificantur.

11 Porro licet ex tali obiecto et medio praemissarum recte desumatur unitas scientiae, nihil omnino tamen ulterius exponendum est, unde ratio obiecti attributionis in sensu speculativis desumenda sit. Nos circa hanc controversiam via plana et regia procedemus, ea forma cum proportione asserturi de scientiarum speculativarum obiecto, quae iam antea de habitu practico in logica prolegomenis disserimus, unde quaedam breviter sunt retexenda.

12 Dico 1o Obiectum attributionis scientiarum etiam speculativarum desumendum est ex intentione ipsius artificis, operantis qua talis artifex est tali nomine appellatus. Explico conclusionem in exemplis, et prius Notho, quod quis artifex potest in operatione suae artis habere duplicem finem, videlicet intrinsecum et extrinsecum. finis artificis intrinsecus est, quem intendit artifex inquantum est talis artifex, qui finis illi artificio quodammodo ex natura sua congruit; et tales fines sunt omnia artefacta sive artificia, quae germanice solent nomine illius artis exprimi, a qua fiunt. sic e.g. opus pictoris appellatur nimirum ronocks.

opus scriniarij proprie vocatur in pharmaceuticis. opus ferrarij in pharmaceuticis. Unde talia opera tali nomine expressa sunt finis intrinsecus illius artis, seu opificij, ad quod pertinent.

E contra finis extrinsecus artificis est ille quem artifex intendit, non in quantum est talis artifex, sed precise in quantum est homo, libertate praeditus, potens agere quod libitum est, et quemcunque voluerit finem intendere. Sic faber ferrarius potest intendere lucrum, opes et pictor celebritatem nominis. logicus feriationem a studijs, vacationes computationes, etiam voluptates; interim tamen faber ferrarius qua talis non dicitur intendere opes, nec pictor qua talis celebritatem nominis: neque logicus qua logicus intendit computationes etiam voluptates &c. sed praecise eiusmodi fines intendunt ab hominibus quatenus libertate praediti sunt, et non quatenus sunt tales artifices, vel scientifici: Quis enim neget logicum, etiam quando desinit esse logicus posse insignitur potare? etiamsi tunc non potest qua logicus est. et hic finis sic explicatus non conducit quidquam ad obiecta attributionis scientiarum discernenda.

Dico 2do obiecta scientiarum attributionis diversificantur ex libero eorum arbitrio, qui se se huiusmodi scientiis tradiderunt, eamque tali nomine communi consensu appellarunt, quod nomen etiam posteri servarunt. Sic e.g. primi illi scientifici, quos physicos appellamus contemplantes corpus naturale qua tale scientiam suam vocarunt physicam, et sicut certa quaedam obiecta selegerunt, in quorum contemplatione praeseruerunt, sic absque omni dubitatione poterunt seligere plura vel pauciora, quia plane numerus obiectorum nulli scientiae gaudet ex quadam intrinseca rerum exigentia, sed pure pute ex libero arbitrio scientificorum, uti tum ex prolegomenis logicae, tum ex hactenus explicatis colligi potest.

13

Declarat hunc discursum Pater Chiudo docens Attaunig sciae habere inter se quandam naturalem convenientiam, interim tamen hanc formalem rationem, quae tribuit sciis tantum fundamentalem unitatem non ita esse naturae legibus circumscriptam, ut non potuisset paulò aliter à sciarum principibus taxari; hoc tamen recte ab ijsdem cautum fuisse, ut neque in paucitate neque in multitudine aliorum fieret excessus. Sicut (inquit cit. A.) exercitus conflatur ex certo numero ducum et militum, cum etiam congruenter ex minore numero potuisset conflari. At verò non conveniret, ut exercitus ad tantam magnitudinem extenderetur, quae commodè regi et coërcari nequeat, vel ad tantam militum raritatem ac paucitatem redigi, ut hostium vis non possit reprimi et propulsari. Ita fermè quoad ea ipsa discurrit cit. Chiudo. hic pu. 3. à n. 40. citans pro se Smigletium et Nominales. cum eodem A. consentiunt cardinalis de Lugo tract. de fide, et P. Gonzalez, qui postremus hanc doctrinam hucusque traditam apposito exemplo pluribus explanat, quod Coronidis loco subiungo.

Orbis terrarum de facto in certas partes variè divisus est, et certum est dari aliquas provincias et regiones, quae ex natura sua videntur factae, ut per se et sine hominum designatione unam totam provinciam, vel unam regionem constituant. Tales sunt Vineae, quae à reliqua continente separatae sunt, videntur enim sanè à naturâ factae ut sint per se.

Sic etiam se habent regiones montibus et alpibus circumvallatae, quales sunt Tyrolis Helvetia etc. nihil omnino tamen his non obstantibus divisio orbis terrarum communiter adhiberi solita, pendet etiam ab aliquo extrinseco, et accidentali. e. g.

Ab imperio alicuius Principis Regis Imperatoris Reipublicae &c.
Ex iisdem legibus moribus &c. Ita Europa divisa est ab Asia
flumine Tanai, quae divisio habet quidem fundamentum in natura,
quia revera flumina dividunt regiones, quod vero ad hanc
divisionem Europae ab Asia adhibitus sit potius Thanais, quam
Peripines vicinus pendebat prorsus ex arbitrio hominum, ita res
se habet etiam in divisione scientiarum: potuisset enim una totalis
scientia dari, quae consideraret animam hominis brutorum plantarum &c.
quae scientia totaliter a physica distincta potuisset appellari ani-
mastica: igitur quod animastica de facto pertineat ad physicam,
quaecumque eam pars constituit unam totalem scientiam, id unice pendebat
ex libero arbitrio illorum, qui scientias taxarunt.

SECTIO TERTIA.

An metaphysica physica et mathematica sint scientiae distinctae.

Certum est has 3 scientias habere diversa obiecta attributionis, item certum est 14
quod habeant diversa principia, et varios methodos procedendi circa suas
demonstrationes: unde recte factum est, ut ob eiusmodi diversitatem praedictae
3 scientiae a se invicem totaliter distinguerentur.
Quod ad singularum scientiarum obiecta attributionis attinet, res plana
fiet, et extra omnem controversiam, in progressu Philiae.
Quod earundem principia valde diversa sint, itidem non est dubitandum:
nam scientia mathematica est axiomata: scientia physica utitur et fundatur
experientiis. metaphysica vero usurpat propositiones utilissimas, quae dignitates
vocantur.
Paro modus demonstrandi in singulis valde diversus est varius est: longe
enim alia methodus est in physica, quam sit in metaphysica: et modus demon-
strandi in metaphysica usurpatus longe diversus est a methodo, qua utitur
mathematica. Non haec (mathematica sci.) non stante est
certitudine et experimento sensuum, quae certitudo physica appellatur,

sed positis terminorum definitionibus constituit axiomata: his constitutis facit petitiones: denique certo ordine ad suas demonstrationes progeditur. At vero scientia metaphysica, licet ipsa quoque non contenta sit scientia physica et experimentali, tamen saepe contenta est evidentia minus praestanti, quam sit illa, quâ utitur mathematica: item non servat tales suarum demonstrationum subordinationes; nihil ominus quo ad excellentiam alicuti praeeminet. Et plura hac de re desiderat AA consulat, abrumpo et ad finem propero.

SECTIO QUARTA.

De subalternatione scientiarum

15 Ut unus habitus seu scientia habitualis alteri subalternetur, et quodammodo subserviat, requiruntur duae conditiones. 1a conditio est, ut tam scientia subalternans, quam subalternata et subserviens habeat eadem principia, vel certè ut principia unius scientiae demonstrentur à principiis alterius. 2da conditio est ut obiectum utriusque scientiae quo ad essentiam et substantiam sit idem. 3tia est, ut subalternata super addat obiecto scientiae subalternantis aliquam conditionem accidentalem. Quarta denique est, ut talis conditio sit principium alicuius passionis specialiter aestimabilis. Unde Colliges scientiam physicam non proprie subalternari metaphysicae, quia principia scientiae physicae fundantur in experientia, substant et percipiuntur sensibus, non item principia metaphysicae, quae scientia (uti supra ex Conimb. admodum versus est.) à materia sensibili abstrahit.

Porro subalternatio habituum triplex est. 1a est subalternatio ratione finis, quando scil. unus habitus est institutus in hunc finem, ut alteri subserviat, quod non tantum in scientiis et artibus liberalibus contingit, sed etiam et frequenter in opificiis illiberalibus. Sic coriaria est subalternata certi sutoriae, haec enim sine certe coriaria non subsistit, sed illa huic subservit ratione materiae, ex quibus sutoria conficit calceos. Sic fraenofactoria, quae docet modum conficiendi fraena,

est subalternata arti Equestri, q̃ docet dirigere equos, ad quorum directionem requiritur fraenum, quo regantur equi, itaq; effectio fraeni non fit ab equestri, sed à sutoria, et ideo haec prior est ac equestri sc: subalternata.

2da subalternatio habitum ē ratione principiorum, quando scil. una scia probat p̃missas alterius scia à priori per causam, vel per reductionem ad impossibile, de qua superius dictum ē. Verum neutra harum subalternationum rigorosa ē, prout in scholis à Phylo gsiderantur.

3tio et magis proprie dicta sciarum subalternatio ē ratione obiecti, cum unus habitus sub aliqua formali gsideratione demonstrat de obiecto proprietates in abstracto et in genere, praescindendo à particulari materia: et hic talis habitus appellatur subalternans; alter vero habitus qui utitur iisdem demonstrationibus, easq; ad particulare materiam applicat, vocatur habitus subalternatus, ad quem habitum ulterius requiritur, ut conditione illam accidentale, qua alterius scia subalternantis affectum ē, attendat non 2dum proprias passiones, sed solum quomodo ea, q̃ scia subalternans gsideravit in abstracto, reperiantur certo, et speciali quodam modo in tali materia, sic accidentaliter immutata. e.g. scia Geometrica demonstrat proprietatem realem linearum: perspectiva vera, q̃ etiam gsiderat lineas ut visuales, etiam demonstrat proprietatem linearum, sed in particulari materia, et in ordine ad visum non in abstracto. Verum de his satis. Sub nuto huic toti tractatui totius Logicae unicam, eamq; postremam quaestionem, adiuncta distinctionum variarum explicatione (q̃ materia uti summe necessaria ē, ita passim in disputationibus semper recurrit.) post haec statim ad quaestiones physicas progregiler.

QUAESTIO ULTIMA.

Conferuntur in se scia fides et opinio

SECTIO PRIMA.

afferuntur variae acceptiones scientiae et opinionis.

1 Jam supra monui scientiam ontonomasticè sumi pro cognitione certa et evidenti per discursum habitâ, sub qua acceptione cognitiones evidentes et immediatae non sunt scientia, quia cognitio per discursum habita tantum est mediata, eaque sola hic constituit scientiam rigorosè et ontonomasticè acceptam. Longè apertius à ratione et nomine scientiae excluditur opinio, quia cognitio opinativa non est certa, sed quandoque erronea, qui error scientiae rigorosè acceptae repugnat. Tertio Doneque clarè colligitur quod actus fidei, etsi certi et discursivi sint, non rectè vocentur scientifici, eo quod non sint evidentes.

2 Cognitio opinativa admittit etiam latitudinem, sub qua variis modis accipitur. Nam 1° et latè sumitur opinio pro omni assensu, qui fit cum aliqua formidine. Sub qua acceptione opinio non gerit ullius actus certo et evidenti, sed tantum gerit actibus probabilibus et errori, quibus actibus ita assentiuntur, ut intellectus simul formidet de conformitate cordandi cum obiecto.

Porro formido 2plex est: alia positiva, alia negativa. Formido positiva est illa, quando intellectus expressè et quodammodo reflexè indicat obiectum posse se aliter habere, quam indicetur per actum intellectualem. Formido negativa sive radicalis est actus, quo intellectus indicat non expressè sed tantum implicitè, quod obiectum possit se aliter habere; quia formido negativa seu radicalis, si reperiatur in actu intellectuali, iam sufficit ut dicatur actus ille opinativus.

2d accip

2do accipitur opinio strictè pro aliquo assensu rei probabilis cum admixta aliqua formidine. Sub qua acceptione non comprehenditur error, quia error non est de re probabili: nam illud dicitur esse probabile, quod pluribus sapientibus probatur. Sic plures homines probatae fidei, affirmantes aliquid ~~[illegible]~~ ex se incognitum, reddunt illud dignum fide et probabile. hinc etiam noster assensus, et iudicium, quod talium hominum testimonio nititur, absolutè et rigorosè non dicitur habere certitudinem, sed admittit quandam intellectus formidinem, quam intellectus metuit saltem radicaliter, ne forte res aliter se habeat, quam homines illi affirmant, quorum testimonio nititur. Aliud dependet est de fide humana illa, quae nititur testimonio omnium omnino hominum aliquid asserentium: e.g. assensus quo iudico aethiopes esse nigros, est plus quam probabilis, quia omnes omnino testantur, et est hic communis omnium hominum sensus: unde ulterius sequitur eiusmodi assensum esse evidentem, et excludere omnem formidinem intellectus, nititur enim hac evidenti principio: id quod omnes homines dicunt, non potest esse falsum; ergo cum omnes homines asserant aethiopes esse nigros, hac ipso ego nixus tali principio, sine ulla formidine iudico, omnes aethiopes esse nigros, ~~[illegible]~~ etsi nullam habeam evidentiam, et certitudinem physicam à sensibus depromptam, sed tantum modo evidentiam moralem, tantam tamen, quae nunquam fallat, et quae maiorem firmitatem intellectus moveat, quam moveat sola certitudo physica.

Tertio Denique sumitur opinio pro assensu probabili rei cognitae in se, hoc est pro tali assensu, qui nititur ratione non excludente omnem formidinem. Et in hac acceptione fides humana non vocatur opinio, quia est assensus nixus testimonio et auctoritate hominum, non ratione.

SECTIO 2da ET VLTIMA

An fides et opinio sint cum scia

SVB SECTIO PRIMA

Sententia negativa examinatur.

3 Nota claritate, et obscuritate cognitionum cadere supra solos actus distinctos, et non supra obiectum circa quod actus illi versantur: imo nullam prorsus esse repugnantiam, quo minus unus ~~idem~~ actus circa idem obiectum versetur clarè et alius obscurè: sicut non repugnat ut idem intellectus simul et semel per aliquem actum cognoscat solum Deum, et per alium actum à priore distinctum cognoscat solum leonem; licet per priorem actum denominetur cognoscens Deum: per posteriorem verò denominetur cognoscens leonem, et non: cognoscens Deum, haec enim utpote ad diversos actus pertinentia, nullam involvunt contradictionem, et absolutè verum est, quod intellectus cognoscat Deum; licet simul etiam per alium actum attingat leonem, cuius leonis cognitio non falsificat hanc propositionem: cognosci Deum: nam huius contradictoria est haec non cognosci Deum: quae propositio absolutè falsa est, quando per unum actum ab intellectu cognoscitur leo, per alterum actum cognoscitur Deus. Pari ratione potest intellectus non versari circa idem obiectum tum iudicando, tum etiam apprehendendo, licet apprehensio seu prima operatio mentis distinguatur à iudicio; non enim implicat ut intellectus de eodem obiecto per unum actum iudicet, et per alterum actum non iudicet, sed tantummodo apprehendat. Declaratur res in exemplo.

Eadem anima eundem colorem per actum visionis videt: et per actum intellectionis cognoscit: imo non posset cognoscere nisi colorem

nisi colore per sensum prius perciperet: nam ut ait commune axioma Philosophorum, nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.
Ecce! Visio utique non est intellectio; nihilominus tamen eadem anima simul et semel per utrumque actum versatur circa eundem colorem; cur ergo non etiam potentia intellectiva possit per diversos actus attingere idem obiectum?
Ulterius potest intellectus mox per unum actum clare cognoscere obiectum et per alium actum non clare. quod si tamen contingat aliquando, ut meus intellectus simul producat 2 actus, unum quo obiectum clare cognoscit, et alterum quo idem obiectum non attingit clare, tunc absolute dicendum erit, intellectum versari clare circa tale obiectum.
Ratio est, quia intellectus tunc tantum dicitur non clare versari circa obiectum, quando cognitio qua illud attingit ~~nulla~~ non est clara: atqui in nostro casu supponimus quod intellectus saltem per unam claram cognitionem attingat obiectum; ergo absolute dicendum est quod obiectum cognoscatur clare: et licet etiam huius contradictoria vera sit, non tamen vera est absolute, sed si addatur, non cognosci clare per unam cognitionem. Itaque vero absolute non clare cognosci idem est ac si dicas, obiectum nulla prorsus clara cognitione attingi. sic lapis habens duritiem et colorem, dicitur absolute durus, licet per colorem non denominetur durus: et sicut diversitas formarum sci. coloris et duritiei tribuunt diversas denominationes, licet una altera non tollat, sic potest cognitio non clara denominare obiectum, non clare cognitum, etsi non tollat denominationem alterius cognitionis, per quam idem obiectum denominatur absolute clare cognitum.
Unde Ulterius
Colliges fundamentum Tomistarum, qui negant quod actus fidei

4

poit stare simul vr actu evidenti et scientifico in eodem intellectu non valere. movent autem Tomistae hoc fundamento. Actus scientificus et evidens (inquiunt) est cognitio clara, per quam aliquid clare representatur: et contra vero actus fidei est cognitio obscura: sed claritas et obscuritas eiusdem cognitionis circa idem aliquid in eodem intellectu repugnant; ergo etiam actus obscurus fidei, et cognitio clara ac evidens circa idem aliquid non possunt simul recipi in eodem intellectu. sic discurrunt Tomistae, nixi hoc principio, quod claritas et obscuritas cognitionis sibi invicem contradictoriae opponantur, cuius fundamenti falsitatem iam supra numero. 3. ostendi.

Movent Tomistae ad hanc suam sententiam negativam 2do quia fides est argumentum rerum non apparentium; at cognitio evidens est de aliquo apparente; ergo fides et evidentia non stant simul.

Rx concessis maiore et minore negando consequentiam. plus enim hoc discursu non probatur, quam quod idem aliquid, quatenus attingitur per actum fidei, intellectui non clare appareat: et contra vero quatenus idem aliquid per actum evidentem clare ~~appare~~ attingitur, clare appareat: quae 2 nullam involvunt contradictionem, uti plurimum ostendit Aaron, quod ~~[illegible]~~ Adeo illum actum fidei non esse superfluum, quo credo aliquam rem, de qua independenter a fide habeo evidentem notitiam: etsi enim eandem rem per 2plicem actum attingam, et eidem indivisibili aliquo per diversas cognitiones assentiar, attamen hic assensus diversus nititur diversis motivis, et motiva

habent

habent diversam bonitatem intellectui desiderabilem ex diverso fine, de quo plura in libris de anima. hic satis est insinuasse.

Moventur Tomistae 3tio. quia (inquiunt) sicut ~~ille~~ idem aër non potest simul esse lucidus et tenebrosus, sic pari ratione idem intellectus non potest simul habere cognitionem claram et obscuram; nam casu quo utraque cognitio esset in eodem intellectu, dicendus esset intellectus simul lucidus et obscurus, quod sicuti repugnat aëri respectu lucis, ita propter paritatem rationis repugnabit intellectui respectu cognitionis.

Rx negando consequentiam. Dico itaque assensum obscurum comparari ad assensum clarum, tanquam imperfectum, ad perfectum: adversarii putant assensum obscurum esse quodamodo privationem formae, sicut tenebrae sunt privatio lucis, sed in hoc falluntur, uti ad initium huius sectionis expensum est.

Habet se igitur assensus obscurus ad assensum clarum, sicuti habet se lux modica ad lucem maiorem; atque non repugnat in eodem subiecto recipi lucem maiorem et minorem simul, ergo non implicat in eodem intellectu dari assensum obscurum et clarum respectu eiusdem obiecti.

Dicis: quando sol illuminat aërem, nihil efficit lux candelae; ergo si intellectus est illuminatus per cognitionem evidentem obiecti, non curabit cognitionem illius obscuram: ergo non sunt simul cognitio clara et obscura eiusdem obiecti in eodem intellectu.

Rx Negando paritatem inter claritatem lucis solaris, et cognitionis evidentis, nam lux solaris, physice et efficienter illuminat suum obiectum, cognitio vero illuminat intellectum formaliter, se ipsam communicando intellectui, cui bonum est habere diversos

modos, quibus circa idem obiectum versetur, qui omnes 2dum se habent utilitate intellectui aestimabile, recurra enim praeter intellectum, ut possit de eodem obiecto diversas habere scientias, et varias cognitiones producere; at vero hoc in illuminatione aëris non reperitur, nam lux solaris ita illustrat totum spatium aëris, ut hanc praecedente luce lux superveniens non magis intendat.

Hanc doctrinam pluribus, et ad propositum nostrum apposite declarat P. Arriaga hoc exemplo. Visio beatifica Christi est splendidissima et clarissima cognitio Dei, quae cognitio propter suam summam claritatem, necessario rapit voluntatem ad amorem, et nihil amini cum hac summa claritate habet Christus giunctam cognitionem abstractivam de Deo, qua cognitione Christus cognoscit Deum ex creaturis prius cognitis, creaturae enim habent respectum ad creatorem, et ideo illarum cognitio ducit cognoscentem in cognitionem Dei: igitur Christus cognovit Deum 2plici cognitione, una clarissima et splendidissima (quae vocatur intuitiva) altera abstractiva, quae utique longe obscurior est. quo modico et magna lux eiusdem obiecti non repugnat simul in eodem intellectu.

Ita ferme citatus est quod hoc argumentum hic. n. 102 et sequentibus prolixe proponit, et novis rationibus firmat.

SVBSECTIO 2da

sententia affirmans propugnatur.

6 Cognitio evidens et intuitiva potest simul stare cum fide in eodem intellectu. Ita docet cit. Arriaga dicens sententiam

Hanc esse valde cōe: et colligitur ex precedente subsectione, ac docetur cōiter et passim à Theologis in mā de fide, ubi ex sacra scriptura probant simul stare actum evidentem cum actu obscuro fidei.

Et jo quidem certum ē de existentia Dei habere Phylosophos evidentes et certas cognitiones, qua evidentia n̄ obstante revelavit Deus suam existentiam, uti certò colligitur ex illo Divi Pauli; accedentem ad Deum oportet credere quia est &c. Ecce! sanctus Paulus supponit debere existentiam Dei credi per actum fidei, qui obscurus ē. Inde colligunt Theologi circa idem obiectum clare cognitum posse dari actum obscurum, quod postremum quidem limitant, asserentes, tunc quando adest evidentia, non simul stare actum fidei eiusdem obiecti: sed preceptum fidei de existentia Dei tunc solum obligare, quando intellectus n̄ evidenter scit Deum existere: de qua controversia, utpote pertinente ad Theologos, nihil hic decidi velim.

Dices durante actu evidente, quo meus intellectus cognoscit existentiam Dei, n̄ pt in eodem intellectu recipi assensus fidei tantum obscurus: sed quando intellectus nōster cessat ab actu evidenti, tunc primum elici posse actum obscurum fidei ex motivo revelationis divinae. sed contra.

Qui habet species impressas intuitivas de vultu petri sibi notissimi amici, is nocturno quoties audit misuri sermonem de petro, habet vivacem imaginem petri suae phantasiae impressam, q species petrum representantes tunc excitari solent, quando de eodem sermo infertur. pari modo qui habet species claras de

existentia Dei, is auditio discursu de causa Dei existentia determinabitur ad claram cognitionem Dei; cuius cognitionis species vivaces existantur tunc, quando intellectus ex supernaturali motivo revelationis divinae credit existere Deum; quo per assensum fidei circa existentiam Dei elicitum determinabitur intellectus noster ad claram ac evidentem cognitionem existentiae eiusdem Dei; quo ad hoc gaudendum est, quod cognitio clara et obscura eiusdem obiecti in eodem subiecto sint simul. Nec placet assertio illorum, qui dicunt Deum eiusmodi evidentem cognitionem divinitus impedire, quando in intellectu iam est actus evidens eiusdem obiecti: existimo enim hoc miraculum plane gratis et absque necessitate adprici, imo passim in iis atque asserendum fore, qui naturaliter evidenter sciunt per physicam demonstrationem quod detur Deus, quorum utique sunt quam plurimi.

Paulo gravior difficultas est an actus probabilis opinativus admittens formidinem radicalem possit simul in eodem intellectu stare cum actu scientifico, et circa idem obiectum.

Ego hanc materiam hoc loco tantum libare volui, non ex professo tradere: prolixius illam tractabo in metaphysica de annorattis, ubi propriis illius locus est. Nunc vero ad hoc loco iuxta exemplum P. Antonii Casilii in summulis subnecto usurpationem quorundam vocum, atque distinctionem, quae partim in decursu logicae explicatae, partim vero in progressu philosophiae exponenda erunt,

et nimirum necessarias distinctiones suo loco et tempore in disputationibus ad libere point.

APPENDIX.

De usurpatione et distinctione vocum.

Non est omnino omnes distinctiones in scholis agitatas afferre, sed celebriores quasdam, et quae in omni propemodum philosophia frequentissime usurpantur. Reicci autem hanc materiam in postremum locum, tum quia tractari citius absque ingenti materiae hactenus traditae confusione sane non potuit, tum quia plerasque totius logicae difficultates hac ratione velut in compendio quivis deprehendet: Unde huius appendicis tractatum confido non absque utilitate subnecti.

Communissima omnium et longe frequentissima distinctio est realis, et formalis. Realiter distinguuntur illa omnia de quibus cum veritate dici potest: hoc a parte rei non est illud.

Quod si nullum fundamentum ad sit ratione cuius una res possit a parte rei negari de altera re, tunc probabiliter illae 2 res non distinguuntur inter se realiter: Et ergo distinctio realis colligi ex separabilitate, vel ex oppositione relativa. Sic distinguitur homo a lapide, quia homo vere et a parte rei negatur de lapide, dicendo: homo non est lapis. Sic etiam in SS: Trinitate distinguitur Pater a Verbo Divino et a Spiritu S. licet enim inter divinas personalitates non sit realis separabilitas, est tamen inter illas oppositio relativa, quae sufficit ad distinctionem realem,

Et propter quam solum dici potest cum veritate et à parte rei: Patet caelestis non est verbum divinum, ne spiritus sanctus.

Distinctio formalis seu distinctio rationis est sola divisio nostri intellectus, qui unam eandemque rem potest diversis modis concipere, licet res diversimode concepta maneat in se indivisibilis: porro diversitas conceptuum facit, ut entitates taliter conceptae dicantur formaliter inter se distingui: sic ratitas hominis distinguitur ab eiusdem hominis animalitate: sic omnes gradus metei distinguuntur inter se. Vide quae de praecisionibus dicta sunt.

Distinctio rationis est 2plex ja est distinctio rationis ratiocinatae, quae requirit fundamentum in re propter quod una res possit diversis conceptibus attingi: tale fundamentum intercedit inter rationalitatem et animalitatem hominis: licet enim haec animalitas, quae est in homine non distinguatur ab eiusdem ratitate, datur tamen aliqua animalitas (scilicet in bruto.) quae à parte rei non est ratitas: et haec est fundamentum, propter quod animalitas hominis possit ita confuse concipi, ut vi huius confusi conceptus non exprimatur clare ratitas in ordine ad ratiocinationes; sed vi huius cognitionis perinde sit ac si animalitas non esset ratitas. V: quae dicta sunt de distinctione rerum in communi.

Altera distinctio rationis vocatur rationis ratiocinantis. Et tunc datur, quando una eadem res concipitur diversis conceptibus, licet intellectus non habeat fundamentum apprehendendi diversitatem praedicatorum. e. g.

Potentia creandi Angelum, et potentia creandi hominem distinguuntur tantum ratione ratiocinante; quia neutra reperitur unquam sine alia, quod non est fundamentum cur distinguantur ratione ratiocinata. Porro ad distinctionem realem pertinet etiam distinctio modalis, de qua in praecisionibus actum est.

Reduplicative et specificative. Ille terminus sumitur specificative; cui in propositione posito convenit praedicatum tantum ratione significati materialis: ut cum dico: logicus dormit huius propositionis praedicatum non convenit logico ratione formalis significati, neque enim somnus habet peculiarem convenientiam cum logico, neque logica habet connexionem specialem cum somno; at vero cum dico logicus discurrit tunc plane praedicatum convenit subiecto ratione significati formalis, et solet exprimi per particulas quasquatenus, in quantum, ita ut sensus sit: logicus qua logicus, hoc est ratione logicae discurrit; quod signum est terminum accipi reduplicative. V. quae de hac terminis dicta sunt in summulis.

Denominative essentialiter. Ille terminus sumitur denominative, qui subiectum importat in recto, formam vero in obliquo. e.g. cum dico lac est dulce terminus gerens dulce debet ita exponi, ut hic sit sensus: lac est subiectum dulcedinis, in qua expositione videtur quod subiectum in recto, forma vero, hoc est dulcedo importetur in obliquo. Quod si vero tam subiectum quam forma importetur in recto, tunc terminus gerens accipitur essentialiter e.g. cum dico dulce est ens per accidens haec propositio vera est, si terminus dulce sumatur essentialiter importans omnes partes in recto. Vide quae de denominatibus dicta sunt

formaliter causaliter. Illa res denominatur esse formaliter talis, ex. calida alba colorata &c. quando formam denominantem vere et realiter habet in se: sic ignis denominatur formaliter calidus, quia vere et realiter habet in se calorem, per quem ita denominatur, sic in sensu formali aqua denominatur frigida, murus albus, aer lucidus, Petrus doctus, Paulus sanctus &c.

Et contra cum forma denominans non est realiter in subiecto, quod denominatur, tunc illud subiectum non denominatur formaliter tale, sed ad summum causaliter et efficienter. Sic generatio animalis, est destructio praecedentis formae, cui succedit anima exiventis, sic destructio frigoris est generatio caloris. Unde facillime colliges in quo sensu verum sit tritum axioma Philosophorum.

generatio unius est corruptio alterius. Nam solum verum est causaliter, non formaliter; et dicitur sic explicari: generatio unius est causa cur aliquid aliud destruatur.

Quod autem in sensu formali non possit intelligi hoc axioma, evidenter demonstro. Generatio est ens positivum; Destructio formalis est ens negativum: non potest autem negatio praedicari de ente positivo in recto: ergo destructio formalis utpote negativa non potest in recto dici generatio. Itaque tantum destructio causativa dicitur esse generatio.

Hoc pertinet Tò eminenter et virtualiter, quae distinctiones applicantur illis rebus, quae formam denominantem actu in se non recipiunt, habent tamen virtute illius productivae.

sic sol dicitur calidus virtualiter et eminenter, quia licet actu in se non recipiet calorem, illum tamen efficienter producit. Notandum hic est, per to recipere non intelligi tantum formam illam quae per unionem physicam et realem recipitur in subiecto realiter distincto: sed intelligi etiam illam ~~[illegible]~~ receptionem, quae fit per identitatem. sic e.g. Deus denominatur sanctus, quia sanctitatem non per unionem physicam distinctam, sed per identitatem recipit.

In actu signato, et in actu exercito. In actu signato sumitur aliquid cum ipsa termini significatio denotatur; ut cum definitur definitio in genere. In actu exercito sumitur res, cum in suas partes dividitur. Ita docet Casilius lib 3. c 24.

In actu 1o et in actu 2do. Actus 1us alicuius effectus vel causae est, quando sunt in talibus circumstantiis, ut effectus possit quidem produci a causa, et si causa nec dum re ipsa operetur, et aliquid efficiat, vel sustentet. Quod si causae nihil omnino desit ad agendum vel sustentandum, dicitur esse proxime expedita ad operandum vel recipiendum, vocaturque actus primus proximus. Quod si adhuc aliqua conditio desit ex cuius defectu causa illa ab operatione, vel receptione impeditur dicitur actus 1us remotus. sic e.g. sol applicatus aëri, habens paratum Dei concursum, sublato omni alio obice dicitur proxime expeditus ad illuminandum aëra, et est causa lucis vel illuminationis in actu primo proximo: quod si in eodem instanti reali, in quo sol posset illuminare, Deus illi negaret suum concursum, tunc foret tantum actus primus remotus.

Actus 2dus est, quando causa habens virtutem sive potentiam agendi, illam potentiam actualiter exercet, et effectum re ipsa producit.

Ut quo et ut quod. Illa res denominatur ut quod, quae denominatione ita accipit ab alio, ut non sit simul ratio formalis significandi, vel denominandi.

E contra illa res denominatur ut quo, quae est medium, sive ratio formalis faciens tale, ut tale. e.g. anima rationalis dicitur creata ut quod creatio vero animae dicitur creata ut quo, quia est ratio formalis, et via, sive medium, quo anima rationalis producitur. sic praeter eandem rationem denominatur oculus videns ut quod: ipsa vero visio denominatur videns ut quo.

Voluntas per volitionem dicitur volens ut quod. Intellectus per intellectionem denominatur intelligens ut quod, ipsa vero volitio denominatur volens, et intellectio intelligens tantum ut quo.

Positive et negative. Positive sumitur terminus cum aliquid reale, et non mera absentia denotat: ut: lux. Vita etc. Et contra vero tunc sumitur terminus negative, quando per illum denotatur sola carentia alicuius perfectionis in subiecto, neque videtur terminus negativus habere aliud principale officium, quam ut removeat perfectionem aliquam realem. e.g.

Nox. mors. Prior enim est remotio lucis, posterior vero est remotio vitae; praeterquam remotiones non videntur habere aliud officium.

Adequate, inadequate. Adequate accipi terminum est accipi illum secundum omnes partes sui constitutivas. Sic accipitur homo, quando sumitur pro animali rationali; hoc est, pro ut constat corpore anima et unione; quae tria simul et collective sumpta constituunt totum hominem adequate. At vero singulae partes separatim et seorsim acceptae non sunt totus homo, sed tantum sunt homo inadequate, hoc est sunt pars hominis: nam idem omnino est; to esse totum hominem inadequate ac: esse partem totius hominis.

Subiectum denominationis et informationis. Subiectum denominationis tantum vocatur id, quod accipit quidem appellationem a forma, sed non recipit in se illam formam a qua denominatur. Sic Deus a mea cognitione denominatur cognitus, licet mea cognitio non recipiatur, imo nec possit recipi in Deo. Eadem vero cognitio denominat meum intellectum cognoscentem, et in eodem intellectu intrinsece recipitur; atque idcirco vocatur meus intellectus subiectum informationis respectu cognitionis in se, hoc est in intellectu, receptae.

Directe indirecte reflexa. Directe aliquid accipi est, cum sine ambagibus sine circuitu recta linea tenditur in obiectum: sic e contra Qui ab hac cathedra per rectam

Lineam tendit versus ianuam, dicitur directe ire ad ianuam: pari modo qui cognoscit hominem, dicendo homo, dicitur directe tendere in aliud hoc est in hominem. Sic qui pro medio obtinendae sanitatis eligit ambulationem, is dicitur directe tendere ad illam ambulationem.

Jam vero quia cum ambulatione etiam gnexa est fatigatio, ideo ego per volitionem, qua directe volo ambulationem, dicor indirecte velle fatigationem, utpote gnexam cum ambulatione. Dicitur autem haec mea volitio ideo indirecte velle fatigationem, quia in hanc nullo modo tenderet, nisi cum ambulatione gnecteretur.

Reflexio genuit actibus vitalibus in se ipsos tendentibus: sic e.g. ~~[illegible]~~ volitio ~~[illegible]~~ se ab directo volito et cognitio attingens se ipsam dicuntur actus reflexi: sic mea cognitio qua cognosco aliam cognitionem prius à me elicitam denominatur reflexa supra aliam, sicut priores denominantur reflexae supra se.

Essentialiter integraliter. Essentialiter genuit aliquid alicui, quando ita genuit, ut pertineat ad ipsum esse rei, per modum generis et differentiae, vel per modum talis partis, qua sola sublata, caeteris aliis seu per possibile seu per impossibile mantibus, formalissime tolleretur res. Sic animalitas, rationalitas, anima corpus unio sunt partes hominis essentialiter accepti.

Integraliter est habere aliquid per modum partis substantialis, ad totius suppositi integritatem pertinentis, et quo solo sublato, reliquis utrumque per posse vel impossibile remanentibus, non pereret formaliter et immediate tota essentia rei, sed tantum consecutive, et mediate. Sic cor, manus, pedes, sunt partes integrales hominis, quia illis sublatis, et remanente adhuc reliquo corpore cum anima unita, habetur adhuc tota hominis essentia.

Extensive intensive. Prior terminus proprie applicatur quantitati, quae dicitur habere partes extra se existentes. Sic unus palmus corporis, est quidem alteri palmo continuus, non tamen est cum illo penetratus: hinc 2 palmi faciunt maiorem extensionem, quam unus palmus: et una hora facit tempus longius, hoc est magis extensum, quam hora dimidiata, vel quadrans. Intensive sumitur tamen qualitas, quae suscipit magis et minus, sive quae dici potest magis talis, vel minus talis. Sic calor ut octo, dicitur intensior, quam calor ut duo. Sic homo eliciens unum actum voluntatis, quo vehementissime amat Deum, dicitur habere actum amoris magis intensum, quam habeat alius homo, qui eundem Deum tamen remisse, et tepide amat.

Habitualiter actualiter. Actualiter esse e. g. doctum sanctum prudentem ut idem est ac: habere re ipsa doctrinam sanctitatem prudentiam. Habitualiter esse doctum est habere facilitatem in illa scientia, in qua quis doctus est,

quae facilitas in quo consistat dicetur alibi.
Habitualiter esse e.g. peccatorem, est commisisse aliquando peccatum et illud nec dum retractasse. Nam aliud esse quod existat peccator habituatus, et aliud esse existere in peccato habituali: nam esse peccatorem habituatum designat hominem, qui contraxit habitum, et consuetudinem peccandi, qui habitus ad peccatum habituale utique non requiritur.

Physice moraliter metaphysice. Physice idem sonat quod naturaliter: et ideo omnis certitudo naturalis e.g. quod luceat sol, quod aer sit caldus &c. vocatur certitudo physica. Certitudo moralis desumitur ex auctoritate, testimonio et assertione hominum dignorum fide, quae certitudo interdum tanta est, ut certitudinem physicam excedat.
Denique certitudo metaphysica est illa, quae neque divinitus potest se aliter habere; tales sunt veritates jam principiorum, de quibus iam in materia de demonstratione dictum est.

Partialiter partialitate causae, et partialiter partialiter effectus.
Partialitas causae est, quando unus effectus ita producitur à 2 causis, ut illarum quaelibet suo indivisibili concursu, et in fluxu producat totum effectum, ita ut totus effectus pendeat ab hac causa, et totus ab illa, sed non totaliter: ut enim una causa dicatur ad effectum concurrere totaliter, non sufficit effectum totum ab illa effici, sed praeterea requiritur, ut effectus ab illa sola procedat,

et non simul pendeat à gaudio alterius causæ. Quapropter quotiescunque gaudent 2 causæ ad eundem effectum dicuntur influere particulariter particularitate causæ, non tamen particularitate effectus; licet utraque illarum causarum sit adequata, hoc est, licet utraque influat tali influxu, ut cuius poneretur totus effectus quamvis nulla alia causa adesset.

Particularitas particularitate effectus est, quando ex 2 causis simul influentibus quæ producit effectum ab alio distinctum. Sic sol e.g. producit in rana sine præcisis dispositiones et Deus tanquam Auctor naturæ producit animam ranæ, uti habet causa hortiæ et probabilior sententia sic artifex in ferro e.g. producit figuram ignis calorem.

Mediate immediate. Illud dicitur immediate affici ab aliquo, quod sine intervento alterius rei intermediæ afficitur. e.g. quantitas immediate recipit calorem, et reliqua accidentia, quia hæc ita recipiuntur in quantitate, ut quantitas non vicissim mediante aliquo alio subiecto, quod in quantitate recipiatur habeat illa accidentia.

E contra materia prima est subiectum accidentium tantum mediatum, quia recipit in se quantitatem, et mediante hac recipit reliqua accidentia, ergo subiectum illius subiecti, in quo reliqua accidentia subiectantur.

Radicaliter formaliter. Illud dicitur radicaliter esse aliud, quod est proxima radix, unde aliquid nascitur, ut: rationale respectu risibilitatis. Hinc sublata risibilitate non perit formaliter rationalitas, sed dicitur tantum perire consecutive, seu mediate, quia ad sublationem radicis sequitur etiam interitus proprietatis.

sic propositiones supernaturales fidei divinae dicuntur ex essentia sua esse verae radicaliter, seu exigentialiter. sic modus ex se seu ex natura sua dicitur alligatus subiecto radicaliter. sic creaturae sunt nexae cum Deo radicaliter, hoc est per essentiam suam; hoc ipso enim quod sit creatura, ponitur formaliter exigentia nexus cum Deo.

Naturaliter. supernaturaliter. Praetornaturaliter. Violente.

Naturaliter (prout iste terminus opponitur termino supernaturaliter accepto.) est id, quod fit secundum generalem et communem cursum rerum, atque intra sphaeram seu vires agentium sublunarum. De quo alibi plura.

Supernaturaliter dicuntur fieri illa, quae sunt supra vires agentium naturalium creatorum, ita quidem ut excedant exigentiam totius naturae creatae. sic e.g. Intellectus supernaturaliter elevatus ab habitu fidei producit actus supernaturales fidei divinae, qui actus excedit totam vim naturalem intellectus creati. sic Voluntas producit supernaturaliter actum amoris Dei super omnia, contritionis &c.

Violente fit autem id, quod producitur a principio extrinseco contra exigentiam et inclinationem naturalem rei. sic e.g. aqua per rarefactionem ascendens in angusto vasculo, est in statu violento. sic lapis detentus in aere, sic ignis inclusus in fornace.

Praetornaturaliter Denique fit id, quod alicui rei neque repugnat ut fiat, neque exigitur. sed haec exactius tradere non vacat, accuratius singulorum examen in suum locum reservo. qui plura desiderat, Patrem Casilium consulat, qui in suis sumulis saepe citatis plures vocum usurpationes more suo elegantur et docte explicat,

Unde haec Paucula, maiorem partem sparsim de prompta sunt.
Hisce disputationes Totius logicae ad Dei ter optimi.
maximi gloriam ac honorem dictatas, in eiusdem summi Dei
nomine finio.

339

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST